

RVDOLPHI AVGVSTINI VOGEL

PHIL. ET MEDIC. DOCTOR. ARCHIATRI REGII ET MEDICINAE  
PROFESSORIS ORDINARII, ACAD. IMPER. NATVR. CVR.

REGIAE SVECIC. ET ELECTORAL. MOGVNT.

SCIENT. SODAL. PRINCIPATVS

GOTTINGENS. PHYS.

OPVSCVLA MEDICA  
SELECTA *Vv.2*

ANTEA SPARSIM EDITA  
NVNC AVTEM IN VNVM COLLECTA  
RECOGNITA AVCTA ET  
EMENDATA



el rei  
cede-

G O T T I N G A E  
APVD DANIELEM FRIEDERICVM KÜBLERVUM  
MDCCLXVIII.

RADOLPHI VAGABUNDI  
Tunc et miser modeste vagabundus  
ludicrus et optimus, sed etiam  
rebus e suis et inchoatis  
scilicet sociis, amicis, inimicis, et  
cottedinibus, et aliis  
OFASCEA MEDIÆ  
SELFCAT'S N<sup>o</sup>s

VNTET SVRIS IN EDITA  
S. VATICANI ANNA COLLECTIV  
RECOGNITI A VACTA ET  
H. H. D. T. A.



GOTTAGE  
TRIB DIVINUM ET HUMANUM LIBERUM  
MDCCLX A.D.

## PRAEFATIO

Vt aliqua de meis ad memoriam mandarem opusculis academicis, rogarunt me potius amici, excitauitque ac instigauit vir honestissimus, Dan. Frid. Küblerus, quam vt ipse ego de edendis illis nouiter cogitauerim. Vterque pretium esse illis quoddam statuendum, mihi serio haud semel testati, a me demum impetrarunt, vt collectionem quandam compararem, non omnium quidem commentationum, sed praeципuarum duntaxat, quas in hac litterarum Vniuersitate horum nomine composui, qui defensorum officia sustinuerunt. Quibus adiicienda erant Prolusiones, quas vocant; quas nomine Ordinis medici elaborare debui; nec non ipsa mea dissertatio inauguralis, quam commilitones ioprimitis permulti in desiderio diu habuerunt. In quibus collocandis ordinem chronologicum, quo haec scripta olim prodiere, secutus sum. In nonnullis nouiter quaedam adiecta vel mutata sunt, prout vel rei necessitas postulasse visa est, vel a priori sententia recedere me veritatis leges impulerunt.

Complectitur hoc volumen nouem commentationes; quarum summam beneuolo lectori nunc exhibeo:  
I. *Diss. de Larynge humano et vocis formatione.* Erford. 1747.  
Iuuenilis opera, ad quam quidem condendam ego tam facile in praesenti haud accederem, cum dies studia mutarent.

rint. Tum temporis autem, quo illam composui, totus eram anatomico studio et huic coniuncto physiologico immersus; posthaec ad alia longe secessi, utrumque illud fore prorsus derelinquere coactus. Interim suscepit laboris tum iucundissimi nondum me poenitet: ob quam causam non modo, cum nihil inuenierim, quod nunc immutandum, vel delendum, vel adiiciendum magnopere fuisset; sed etiam, ut carissimis discipulis, quorum multi multoties hanc dissertationem a me petierunt, dono publico illam dare possem, recudendam eam curauit. Scopus autem laboris duplex fuit, alter, ut quam fieri posset accuratissima laryngis humani, omniumque hue pertinentium partium descriptio anatomica a me exhiberetur; quam quidem pro virili elaboratam si hinc inde mancam et proinde reprehendendam inuenient exercitatiissimi dissectores, non erit ex mea parte, ut tamquam iuuenis multo pallore ideo suffundar: alter vero, ut vocis formationem per legitimas causas ex partium structura et quam exquisitissime explicarem. Neque vero vel *Dodartus*, vel *Ferreinus*, ingeniosissimi huius rei indagatores, quorum ille ex diuersa glottidis amplitudine et constrictione, hic vero quam maxime ex mutata ligamentorum glottidis longitudine, totam rem explicare sategerunt, satisfecisse mihi visi sunt; sed utrasque machinas symbolam suam ad productionem vocis, diuersorumque eius graduum conferre, adeoque vocem non ex uno horum excellentissimorum virorum systemate, sed ex vtroque copulato formari, proindeque vocis organon tanquam compositum quoddam ex pneumatico et chordarum organo considerandum esse, uberioris demonstrare suscepi.

**II.** *Prolusio, qua experimenta Chemicorum de incremento ponderis corporum quorundam igne calcinatorum examinantur.*  
*Götting. 1753.* Promereri visum est hoc phaenomenon admiranduan singularem atque repetitam indagationem, cum aliqui sint, qui id affirment, experimentorum suorum fide innixi; alii vicissim qui negent, eodem iterum suffulti fundamento; adeo ut a quorum partibus standum tibi sit, tergiuersari prorsus et ambigere debeas. Singulorum igitur experimenta primum recensentur, indeque elicitur, inconstantem admodum esse istam de ponderis augmentatione obseruationem in vno eodemque corpore, a diversis viris calcinato. Sententiae de causis huius phaenomeni, itidem diuersae, deinceps expenduntur atque refutantur. In meis tentaminibus solum plumbum maius pondus post calcinationem exhibuit; reliqua metallica vero, et quaepiam alia pondus pristinum vel retinuerunt et nec grano leuiora facta sunt, vel isto insigniter partim decreuerunt. Sed monendi tamen hic sunt lectores, me posthaec in Stibio, singulare encheiresi calcinato, pariter ac in Saturno incrementum ponderis obseruasse: quod iamdum ad memoriam mandaui in Analectis de vitro antimonii, quae n. V. huius voluminis explent.

**III.** *Diff. de praerogatiua Venaelectionis in partibus laborantibus.* *Götting. 1756.* Sermo primum est de insigni venaelectionis utilitate in longe diuersis morbis, etiam spasticis et cachecticis, in quibus vulgo vix institui consuevit. Transitus deinde fit ad demonstrandam praecellentiores eius efficaciam, si in partibus laborantibus aut certe quam proximis instituitur, experientia monstrante vim, reiectis et neglectis omnibus futilebus a ratione peti-

tis argumentis, vt pote quae adeo talem venarum selectum probat. Commendatur vero sigillatim haec sanguinis mis-  
sio in cephalalgia, apoplexia, hemiplegia, paralyssi, phren-  
nitide, melancholia, mania, ophthalmia, angina, dentium et coxarum dolore, rheumatismo et podagra.

*IV. Diff. de vanitate remediorum vniuersalium. Gotting.*

1757. Antiquitas eorundem primo exponitur: deinde respondeatur ad argumenta, queis a famosissimis Panacearum iactatoribus earundem existentia demonstrari solet: tum denique ista pluribus argumentis refutatur, maximeque hoc, quod non omnibus morbis idem remedium conueniat, neque tueri hominem vnum aliquod ab omnibus possit.

*V. Analecta chemica de vitro antimonii, diff. Gotting.*

1757. Maior huic vitro, haud debie in Germania inuenito, antiquitas abs me tribuitur, quam quidem habere vi-  
sum est. Docetur ipsius praeparatio cum omnibus enchei-  
resibus; maximeque ostenditur, ad calcinationem pariter  
atque fusionem antimonii decentem ignis gradum, eumi-  
que longe protractum requiri: istam vero nullo determi-  
nato temporis spatio includi; vas vitreatum calcem nulla-  
tenus corrumpere; neque acris temperiem quidquam in-  
fluere; nullo additamento opus esse; vitrificationem ipsam  
deberi sulphureis antimonii partibus; regulum quidem so-  
lum vitrescere, sed eum tamen totum in vitrum haud com-  
mutari; denique terram reguli non esse vitrescibilem. Do-  
cetur simul vitri ex regulo praeparatio; cuius inuentio,  
vt multo recentior, ita Angelo Salae deberi videtur. In-  
crementum praeterea notatur in pondere calcinati reguli;  
quod tamen non nisi sub certis encheiresibus emergit: si-  
mulque

mulque obiter dubia contra arsenicales huius semimetalli partes mouentur. Adhaec generatio vitri exponitur, eiusque rubinea pelluciditas. Sulphuris et ipsius antimonii vis in depurando vitro per experimenta negatur. Denique, qualis sit actio liquorum acidorum varii generis in stibii vitrum, edifferitur. Cum aqua regis non ebullire, neque cum nitro detonare, neque per hoc in antimonium diaphoreticum conuerti, neque a mercurio sublimato in butyrum dissolui, contra alios monetur.

VI. *Paralipomena de vomitoriorum usu, diff. Gotting. 1758.* Sub b. Roedereri moderamine ea exposita est. Vomitoriorum praelantia in variis morbis, et speciatim in maxillae inferioris spasmo, conuulsionibus infantum, pleuritide sicca, tussi clangosa, angina gangraenosa, febre verminosa, hemeralopia, nimio mensium fluxu, hernia incarcerata, et retardata saliuatione mercuriali, partim vindicatur, partim arctioribus limitibus, ut in amauosi et affectionibus soporosis, includitur. Praemonentur quae-dam tum de his, quae in vomitu contingunt, tum de ipsis effectibus in corpore humano.

VII. *De statu plantarum, quo noctu dormire dicuntur, Prolus. Gotting. 1759.* Iucundissimum spectaculum, quod in permultis plantis occurrit, explanatur, dum de nocte formam suam atque faciem permutant, foliaque sua diversam, mirumque in modum contrahunt, summaque aurora rursus explicant. Cum haec quies, peracta foecundatione, in plerisque cessat; probabile est, prospici sic tenellis plantis, earumque fructificationis partibus, ut ne ab iniuriis frigoris, a ventis, a procellis, et pruinis lae-dan-

dantur, et fortassis etiam a vermisbus, noctu eas infestantibus, muniantur. Simile spectaculum in nonnullis floribus apparet; quorum aliqui nocte resupinati terram versus inclinantur, alii flaccescunt, alii reflectuntur. Cui analogum aliud est in aliis floribus, qui statim interdiu horis aperiuntur, explicantur, iterumque clauduntur. Sed causa vero, cur posituram suam de nocte folia mutent, ad primum euidem conspectum videtur a nocturno dependere frigore: hoc vero argumentum protinus eo refellitur, quod in caldariis, vbi idem de die ac nocte est caloris gradus, eadem mutatio in foliis spectatur. Quapropter verisimillimum est, a foliorum singulari structura totum hocce spectaculum venire; vtique, cum composita folia magis quam simplicia, et teneriores plantae magis quam adultiores hoc qualecunque phaenomenon edant. Alla plura iucunda in plantis spectacula recensentur, et utilitas quoque botanices, quam medicinae praefat, exponitur.

VIII. *De sale sedatiuo Hombergii, diss. Gotting. 1759.*  
Beccerus pro ipsis inuentore declaratur. Optimorum Chemicorum studia in ipsis elaboratione recensentur, *Hombergii, Lemeryi, Geoffroy, Weismanni, Baronii.* Sequuntur propria pericula. Ex borracis quatuor vniis ascenderunt intra quatuordecim sublimationes 7 drachmae cum 40 granis salis sedatiui. Oleum vitrioli plus auget eius quantitatem, quam colcothar. Quo pluries sublimatio repetitur, eo violentiori igne opus est. *Weismanni*, aliorumque encheires ex parte reiiciuntur. Ignis gradum iusto violentiorem a *Geoffroy* propositum esse, monetur. Secunda sublimatio plurimum salis largitur. Digestio mixtorum quo longior,

eo praestantior est ad maiorem salis copiam adipiscendam. Mediante aceto vini, et per modum crystallisationis idem posse obtineri sal sedatium, nostra pericula nos docuerunt. Nouam sublimationem per se non subit sal, nisi aqua solutum; sed haec tamen difficultis est. Super ferro ignito ex parte auolat, et ex parte vitrescit; vt tamen in pristinam formam postea reduci se facile patiatur. In nullo spiritu salis ammoniaci, nisi illo, qui cum minio factus est, dissoluitur: a ceteris generibus in quoddam quasi glutten commutatur. Contra Blackium V. Cl. monetur, quod cum alcalinis rebus non effervescat; contra multos, quod per oleum vitrioli haud componatur. Vitrescentiam, aliisque qualitates Borrax debet huic sali, naturaliter ipsi immisto. De partibus constitutiuis eiusdem parum huc usque constat: illud saltem manifestum est, sal esse mediae naturae, decompositum, certo respectu volatile, acidi que vitriolici particeps. Videtur autem pars eius alcalina habere singularem naturam, vt neque cum alcali minerali, neque cum vegetabili perfecte conueniat. A terra specifica salina hoc sal formari, credibile est. Narcoticam vim nullam habet; et longe maiore dosi, ac mortis est, exhiberi potest.

IX. *Animaduersiones super morbis incurabilibus, diff. Gotting. 1760.* Quum a Brunone Seidelio non satis ad veritatem ac commode, licet amplissime, de his morbis in singulari commentario expositum esset; animaduersiones quaedam accuratiores hic proponuntur. Incurabiles vero morbi distinguuntur a letalibus; quamvis ambo interdum confluant. Inter ipsos incurabiles intercedit aliquod

discri-

men, dum alii per se, alii per accidens curationem respuunt. De prioribus praefertim disputatur. De decubitu morbos humoris ad faciei et colli, aliarumque exteriorum partium glandulas singularia phaenomena proponuntur. Discriben in sede scirrhorum pro aetatis ratione constituitur. Obsfirmatorum scirrhorum, et tumorum cysticorum, et polyporum cordis ostentata passim curatio vocatur in dubium.

Hacce commentationes ceterae in alterum volumen collectae proximo anno, fauente Deo, excipient, si hanc mihi felicitatem contigisse compererim, ut docti homines earum desiderio, non illo quidem nouitate commoto, sed ab utilitatis vel suavitatis opinione profecto, teneantur. Atque ita vale, B. L. et meis studiis, mihiique ipsi fau. Scribebam Gottingae, mense Mart, MDCCCLXVIII,



I.

RVDOLPHI AVGVSTINI VOGEL  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
LARYNGE HVMANO  
ET  
VOCIS FORMATIONE  
IN ACADEMIA PATRIA, QVAE ERFORDIAE EST,  
D. V. OCTOBR. CCCCCXLVII.  
PVBLICE PROPOSITA.

ЛОСИ ТАВАСТАН ИМЕНИ

ОГЛАДА ОГЛАДА ОГЛАДА

ЛАМАНИ СОЮЗА Л

НОСИ ТОЛМАЧОИ

И АРДАМУАЛЮТЫ КИДА Т

И АРДАМУАЛЮТЫ КИДА Т

И АРДАМУАЛЮТЫ КИДА Т



### §. I.

**C**anales corporis humani, fluidorum motui destinati, aut sanguinem vehunt, aut humores ex eo separatos, aut aërem. Qui sanguinem continent et propellunt, arteriae, venae, et sinus nominari solent. Illi diuersa accipiunt nomina, a fluido quod continent, plerumque desumpta. Hi asperae arteriae arque bronchiorum nomine condecorantur.

### §. II.

*Aspera arteria* siue *trachea* est canalis conicus cartilaginoso-musculoso-membranosus, a faucibus ad pulmones extensus, qui aërem per os et nares, vel per alterutram viam, recipit, per bronchia in substantiam pulmonum vesiculosam desert, iterumque emittrit.

### §. III.

Hunc canalem antiquiores simplici *αέτηγμας* nomine semper significarunt; a) hinc etiam medicamentis illis, quibus vocis depravationibus et asperae arteriae viuis medebantur, arteriacorum b) no-

a) *HIPPOCRAT.* L. de loc. in homine Sect. IV. p. 86. edit. Anuti Foe-  
si opp. et L. 7. Epidem. vbi etiam eodem termino in plurali vtitur,  
ad significandum ramos tracheae.

b) *Claud. GALEN.* L. VII. de compos. medic. per loca C. I.

men imposuerunt. Nomen traxisse videtur a graeco *aer*, aer et *τηγεα* seruo; nec male notio canalis aërisferi termino ex his duobus vocabulis composito repraesentabatur. Postquam vero eodem canales albi, tensi, elastici, pulsatiles, conici, qui sanguinem, a cordis impetu in eos propulsum, ad omnes ac singulas corporis partes deferrunt, insigniebantur; illam (§. II.) simul asperam cognominare coeperunt, ad euitandam aequiuocationem, et quod partibus inaequalibus, asperis et duris, cartilaginosis scilicet constat: hanc vero lacuum ERASISTRATVS dicebat *c.*

## §. IV.

In collo atque thorace situm obtinet trachea. In priori sede anterius musculis sterno-hyoideis, sternothyroideis, panniculo carnoso, atque integumentis communibus obtegitur. Lateraliter vtrinque arteriae carotides, venae iugulares internae, nerui sympathetici, ipsi attenduntur. In suprema sede cum osse bicorni et eius quibusdam musculis necritur. Ante eam est glandula thyroidea, et ante cricoidem et scutiformem. Cornua ad latera secedunt, fere ad os bocrine usque. Posterius oesophago adhaeret et superincubit, quem tamen haud plenarie velat, siquidem is vtrinque prominet, magis tamen in sinistro, quam dextro latere *d).* Quando thoracem ingreditur, posterius adhuc stomachum respicit, in antica vero sede os pectoris et principia muscularum sternocleidomastoideorum ipsi praesiguntur. Porro, septum pectoris perpendicularare, quod Mediastinum vulgo vocant, ipsi iter parat et per duplice membranam, post-

*c)* ID. de visu part. L. VII. c. VIII. IX. *IV* al. *VII*. *XVII* *A. C.*

*d)* Vid. *Iac. Crescent. GARENGEOT* Sphanchnot. T. XVII. A. B.

pósterius atque superius separata ac diuisam, pone thymum in eadem duplicatura positum et spatium triangulare sub primo sterni osse efformantem, ad quartam usque thoracis vertebram transitum concedit, vbi arteria magna, statim atque cor egressa est, arcum esflingit. Nunc in duos ramos sinditur maiores, angulum acutum includentes, quorum dexter iterum in tres alios, e) sinister in duos, uterque in plures diuiduntur, donec tandem in paruos ramos, ad acutos angulos inuicem adcumbentes, f) inter arteriae pulmonarie, superiores, ac venae eiusdem nominis, inferiores radices, dispersi, in membranæ pulmonum vesicas desinunt. Rami maiores eandem serè habent capacitatem, longitudo vero aliquo modo variat, siquidem dexter breuior existit sinistro, g) *Begrypha* dicuntur, GALENO, b)

*Ex economia humana, sive de corporis animalium structure, et motu, lib. VI. cap. V.*

Ex plurimis annulis cartilaginosis, vigesimum numerum raro superantibus, parte postica abscissis, vbi quarta aut quinta serè circuli pars deest, componitur tracheæ caudex. Dicti annuli aequaliter serè a se inuicem distant, in medio crassiores sunt ac in extremis, i) ampliores, quo propius a fauicibus absunt, ita ut primus sit latissimus k). Hiatus in ramulis adhuc manet, eo tamen minor sit, quo

e) *Herm. BOERHAAVE* praelect. in Instit. c. n. Halleri, T. II. p. 159. §. CXCVI.

f) *Marcell. MALLECH.* Opp. T. II. p. 323. edit. L. B. 4to.

g) *Iac. Benig. WINSLOV.* Exp. anatom. T. IV. 128. p. 118. Tr. de la Poitrine.

b) de L. A. Libr. IV. C. VIII.

i) *Andr. VESAL.* de Fabr. Corp. hum. L. VI. C. IV. p. 445. ed. L. B.

k) *Io. Bapt. MORGAGNI* Aduers. Anat. I. §. 14. p. 64. ed. L. B.

6 DE LARYNGE HUMANO

propiores sunt ultimae divisioni, donec nullum deliquium superfit. Semilunari figura praediti sunt, non tamen perpetuo, nam quando pulmonis parenchyma subierunt, fragmenta cartilaginea sunt, et aliam adsumunt figuram et rotundi, triangulares, quadrati, rhomboidei adparent<sup>1)</sup>. Insuper cartilaginosam sensim deponunt substantiam, et magis sunt membranosi, magisque flexiles, donec tandem ad extrebas fines, omni cartilaginea indole deposita, folliculos plicatiles cuiusque rami summo apici adriatos, formant, et in sic dictas vesiculas pulmonales desinunt. Circuli cartilaginei ob varias causas imperfecti facti esse videntur, 1) ne oesophagus comprimatur, quam unicum et praecipuum causam antiquiores omnes allegarunt; hanc verum non solam esse, ex eo adparet, quia uterque bronchiorum ramus oesophago haud incumbens, ex imperfectis circulis ad pulmones usque compingitur, quod optime sciuit ANDREAS VESALIUS; 2) ut maiori ciborum moli facilissime cedar; 3) ut versus omnes plagas, pro diuersa colli positura, slecti queat; tandem 4) ut ad arctationem, ampliationem, abbreviationem, productionem, sit apta.

§. VI.

Membranis cingitur aspera arteria tam in interna quam externa superficie. Portio, quae in collo est, obducitur exterius membrana, ab aponeuroticis musculorum expansionibus proueniente; n) quae vero in thorace est, suam accipit extimam a membrana costas succingente: quamvis antiquiores omnes, hanc extra thoracem produci et trache-

1) Gabr. FALLOP. Obs. anat. p. 477. Opp. VIDI VIDIT Anat. L. VI. C. IV. p. 280.

m) I. c. et MORGAGN. Adu. V. animadu. XXXI.

n) WINSL. I. c. Traité de la Poitrine T. IV. 144.

am in collo obuelare, autument o). Laxa est, et tracheam cum oesophago et aliis adhaerentibus partibus (§. IV.) connectit. Praeter hanc communem membranam, et infra illam, aliam accipit exterius, quae cellulosa est et propria dici meretur, quae, a cellulosa pulmonali producta, perichondrium exhibet cartilaginibus externum. Interna tracheae superficies obducitur membrana laeui, lubrica, saucibus et ori continua, p) multisque granulis obsita, quae pinguem humorem stillant. Fortius adnata est cartilaginibus et perichondrium internum constituit, ad extimas bronchiorum propagines usque protensa. Multo crassior ac validior est, quam externa; crassities vero non ubique est eadem, nam in larynge crassior, in bronchiis longe tenuior deprehenditur, sed in caudice medio modo se habet. q) Alia porro est membrana, inter internam et externam descriptam, valida, musculosa, hiatum cuiuslibet hemicycli cartilaginei (§. V.) in parte postica supplens et quamlibet cartilaginem cum sua proxima connectens. Ex duabus laminis confusa est, quarum exterior fibras habet carneas, secundum longitudinem dispositas; interna, transversales, ad annulares adcedentes. Fibrae longitudinales ab uno cartilaginis margine ad alterum sequentis marginem tendunt, quarum actione segmenta cartilaginea proprius ad se inuicem adducuntur, aspera arteria brevior fieri potest, et diameter eius maior. Contra, transversales capacitatem tracheae minuant, cartilagini ad mutuum contactum trahendo et stringendo. Fibras has musculosas primus indicauit ANDRE-

o) *Vidus VIDIVS* l. c. *Casp. BAVHIN.* *Theatr. anat.* L. II. c. XXVII. p. 246. *Isbrändus* de *DIEMERBOEK* Opp. *Anatom.* L. II. c. XIV. p. 467, et plures.

ab *PINEALLI* op. *insti. anat.* p. 408. Opp. *PIENEALLI* p. 408.

q) *VESAL.* l. c. L. VI. C. IV. p. 446. 27. q. *musculus apicalis*

AS LAVRENTIVS r), ita de his prohunc tians: *Interiectae sunt, inter annulos, membranæ in homine (quod nemo adhuc obseruauit) musculæ, ut videantur cartilaginum spatia oppleere musculi extigi, sepe in modum X interfecantes, non secus ac intercostales.* Hunc carnearum fibrarum, tam transversalium, quam longitudinalium, complexum musculorum mesochondriacorum nomine designat HERMANNVS BOERHAAVIVS, s) qui vero ex sententia WALTHERI t) singulari hoc nomine non meretur insigniri et distingui, quia inde haud satis evidentes atque conspicui musculi sunt. Statim ac exterior tunica sublata est, in toto tracheæ et primorum bronchiorum dorso, vbi cartilagine desciunt, in conspectum dantur multæ glandulae, simplices, subrotundæ, compressæ, varia magnitudine, sed milia plibus plerumque maiores, quarum canaliculi recensim sibras carneas perforant, et humorem suum vntuositati cauo tracheæ infundunt, tam ad motum adiuuandum, quam siccitatem impediendam u). Humor est a muco narium et aliis humoribus diuersus, initio tenuis, deinde spissescens w). Aliae adhuc sunt glandulae a MORGAGNIO l. c. visae, sub lacertis brevioribus, que, quando haec ligamenta unam cartilaginem ad alteram adducunt, humorum suum propriis foraminulis emittunt, in asperæ inferiori parté, maiores. Ligamenta elastica inter cartilagine posita, non continua sunt per totum tracheæ decutientia scopulo minore, certisque locis ad tunicam coosligantur. Ligamenta inter cartilaginea minora, certisque locis ad tunicam coosligantur. Ligamenta inter cartilaginea minora, certisque locis ad tunicam coosligantur. Ligamenta inter cartilaginea minora, certisque locis ad tunicam coosligantur. Historia anatomica H. C. L. IX. C. XIV. p. 379.

s) Praelect. in Insti. T. II. p. 150.

t) vid. eius Programma de hominis larynge et voce. 1740. p. 3.

u) MORGAGN. Adu. I. c. p. 65. 66. §. 25. T. 2. F. 1. O. O. O.

w) vid. Fr. RYNSCHII et Herm. BOERHAAVII opusc. anat. de fabrica glandular. p. 52. 54. Amstel. 1733.

## ET VOCIS FORMATIONE.

decursum, sed quodlibet inter duos cartilaginum margines terminatur, nec vilam cum suo superiori aut inferiori alit connexionem. Nec reticendum est, asperae arteriae et bronchiorum divisionibus, ut et horum lateribus, cum primis circa ramos maiores, nec non vasis pulmonariis, adiacere glandulas conglobatas, quas Bronchiales vulgo nominant, figurae irregularis, superficie aequalis, in pueris rubentes, in adultis vero et senibus coerulecentes, variae magnitudinis et incerti numeri, quas primum in cadaveribus se deprehendisse gloriatur PHILIPPVS VERHEYEN, et prolixius describit x).

### §. VII.

Fistulae pulmonalis pars superior, anterius prominentior, posterius quodammodo plana, sub osse illo mobilis penduloque, quod Hyoides vocant, incipiens, cum eoque per carnes et ligamenta flexilia atque robusta y) coniuncta, λαρυγγίς dicitur z). Quinque cartilagine hodie numerantur, ex quibus componitur, nimirum thyroides, arytaenoides vtraque, cricoïdes et epiglottis: quae magnitudine et figura diuersae, tenerrimis flexillimisque ligamentis inter se colligantur.

### §. VIII.

x) Anat. Tr. III. c. VIII. p. 272. sequ. T. XIII. f. 6. CCC. conf. quoque Ephemer. N. C. Cent. VII. et VIII. Tab. VI. p. 362.

y) In his haud raro portiones ossae conspicuntur. MORG. l. c. p. 38. vid. §. VIII. e)

z) Vnde denominationem acceperit, lis esto inter criticos, conf. Hier. Fabric. ab AQUAPENDENTE Opéra Anatom. et physiol. p. 268. c. I. edit. Bubnii; et Anton. VAN DER LINDEN Med. Phys. p. 576.

## DE LARYNGE HVMANO

## §. VIII.

*Thyroidea* sive *scutalis* cartilago, inter omnes maxima, lineam **crassitie** superans, et subinde gemina *a*), anteriorem efficit laryngis parietem, foris gibbosum et prominentem, magis tamen in sexu nobiliori, quam sequiori, intus catum. Latera eius duo, aequalia, anterius ad angulum planum longe coëuntia, rimam ampliorem at-gulosam in suprema ac media parte relinquunt: Vtrinque alam re-praesentant, cuius superior margo excisus est et excavatus, inferior autem magis ad planitatem vergit. Quaelibet ala, utrinque, et inferius et superius, quatuor exigit cornua rotunda et paruis capitulis haud dissimilia *b*), quae pro apophysibus habet *WINSLOWIVS* *c*). Duo superiora cornua, retrorsum diuergentia *d*), ligamentis rotundis, pene cartilagineis *e*) cum extremis cornubus ossis ypsiloidis colligantur. Sed aliud adhuc ligamentum, amplum, validum et breve est, atque medium, quod a media dicti ossis basi ad summum alarum scutiformis concursum exporrigitur. Interiora scutiformis ligamenta, quae illam cum vtraque arytaenoide coniungunt, paulo post (*§. X.*) fusi recensebimus. Porro thyroidea inferius validis duobus

*a)* *VESAL.* *Fabr.* C. H. L. I. C. XXXVII. p. 112. potissimum in vi-  
ris. *LAURENT.* *Hist. Anat.* L. III. C. VIII. p. 77. praesertim in  
foemintis.

*b)* *WINSL.* T. IV. *Traité de la Tête* 424.

*c)* *id.* l. c.

*d)* *MORGAGN.* I. C. Tab. II. fig. 2. AA.

*e)* *FABRIC.* *Opp. anatom. de Laryng.* P. III. C. IV. p. 295. *VER-*  
*HEYEN.* *Anat. Tab.* III. c. VIII. p. 264. *Io. MAURIT.* *HOFF-*  
*MANN.* *idea mach. hum.* *Seft.* XVII. §. 4. p. 163. In medio horum  
ligamentorum sunt grana cartilaginea, qualia, saepe visa *WINSL.*  
l. c. 433.

bus ligamentis, inter cricothyroideos musculos, ad cricoidem necatur. Aliud denique est ligamentum posterius, quod ex ima scutiformis sede in superiore et lateralem cricoidis partem desinit. Duo inferiora cornua, brevia superioribus *f*), compressa, adplicantur cartilaginis annularis sinui leui, articulatione mobili, propemodum plana, quam ligamenta ambiunt. Thyroidem circa haec duo puncta sursum et deorsum moueri, omnes consentiunt. Sed Cl. FERREING) praeterea circularem motum ipsi tribuit, id quod fieri perhibet, si cartilago antrorum et deorsum simul trahitur. Axis rotae est linea horizontalis ab uno punto fixo ad alterum ducta, a dextra versus sinistram et ab hac versus illam tendens. Et motus est directus, si solum versus anteriora ducitur. In qualibet ala prominens est linea, e parte marginis posteriori ad anteriem oblique descendens, cui carnes et ligamenta inseruntur. Vbi haec linea apophysin superiorem sere contingit, ibi tuberculo quodam finitur, quale etiam in inferiori fine conspicitur, quod illo eminentius quandoque deprehenditur *b*). Alarum substantia equidem tota est cartilaginea; attamen ad processus inferiores, qui parti cricoidis anticae inarticulantur, et in margine posteriori, intus diploen nacta est scutiformis, quod obseruavit IO. GEORG. DVVERNOI *i*). Et ad latera potissimum MORGAGNVS *k*), qui etiam autor est, cellulas in iunioribus minores, per aetatem crescere.

*f*) VIDVS VID. Anat. L. VI. C. III. p. 276.

*g*) Memoires de l' Acad. Royale des Sc. de Paris, année 1741. p. 425.

*b*) I. c. 425. WINSL.

*i*) Commentar. Acad. Scient. Petropol. Tom. VII. p. 221. obs. 9.

*k*) Advers. 1. p. 61. §. 23.

scere. *1)* Quid? quod hanc cartilaginem in senibus ossream induere naturam, obseruationibus constat, siquidem **FALLOPIVS** in valde senibus ossream inuenit, et praeterea notauit, quod in partibus lateralibus ossificere incipiat *m).*

### §. IX.

**Cartilago cricoidea**, ob annuli turcici figuram, ad quam accedit, sic denominata, quamque **GALENVS**, et qui alii hunc fecuti sunt, alias *innominatam* dixerunt, (quae tamen denominatio hodie in usu esse desit) posita est inter primum asperae orbiculare segmentum, cum quo etiam basis eius per validum ligamentum coniungitur, et cartilaginem scutiformem, posterius pharyngis sacco obuersa, ibique cum membrana cartilaginum postica cohaerens. Cylindrum esse, *III. ALBERTVS HALLERV*s censet *n).* Inferiore sui parte perfectum conficit orbem, sed in posteriori multo amplior est, ad spatium, a scutiformi vacuum relictum, ibi supplendum. Eadem facies per lineam quadantenuis tuberantem, secundum longitudinem, in duas dimidiis partes diuiditur; in cuius summitate apex est, paruo fulco trimque praeditus, quique cum partibus lateralibus annularis angulum sere obtusum efficit *o).* Quatuor tubercula extuberantia, oblonga *p),* duo superiora, totidemque inferiora, partes laterales obfident, quorum illa sinubus cartilaginum arytaenoidearum insinuantur,

*1)* Aduers. VI. p. 59.

*m)* Obseru. anat. p. 357. et *Casp. BAVHIN.* L. III. c. XCIV. p. 535. et *MORGAGNVS* Adu. I. p. 61. §. 13. in sensibus et ad senectum inclinantibus.

*n)* Praelectiones ad *BOERH.* instit. T. II. p. 147.

*o)* *WINSLOW.* Traité de la Tête. T. IV. p. 427.

*p)* *VIDIVS* l. c. L. VI. c. III. p. 276.

tur, haec, leni sinu, vix sensibili, excauata, inferiora thyroideae cornua excipiunt. Singuli articuli ligamentis inuoluuntur satis firmis. Ceterum haec cartilago omnium, quae laryngem constituunt, est crassissima, durissimaque et minori motus pollet facultate. Pars eius postica, qua sinu arytaenoidis insider, nec non anterior, intus cellulis circularibus scater, quae insignem et circularem zonam cauernosam, transuersum digitum posterius latam, efficiunt et oleum medullare continent, quod notabili copia pressione elici potest q). In osseam substantiam interdum solet mutari r).

## §. X.

Duae cartilagine *arytaenoideae* s), intra laryngem absconditae, omniumque flexilissimae, posteriorem laryngis partem efficiunt, et ab arytaena, vase quodam, gutturniis infundibulisque haud dissimili, nomen sorritae sunt. Velamento membranaceo, atque glandulis, quibus inuoluuntur, et internam laryngis faciem irrigant, exutae, trianguli figuram vteunque repraesentant t). Peculiaribus iunguntur articulis, cum parte laterali postica et superiore cartilaginis

q) DVVERNOI l.c. p. 220. obs. 8. MORGAGN. l.c. T. II. fig. 2. B. B.  
r) MORGAGN. l.c. p. 61. §. 23.

s) GALENV pro vnuca habuit, de vsu part. L. VII. c. XVII. quem in hac re plures sequuti sunt. Primus tamen Jacobus BERENGARIVS, alias CARPV dictus, duas fecit, in Mundin. p. 393. Deinde VESAL. anat. L. I. c. XXXVIII. p. 113. LAURENT. hist. anat. L. III. c. VIII. p. 77. VIDIVS Anat. L. VI. c. III. p. 276. Io. ROLAN. Encheirid. Anat. L. IV. c. XIII. p. 332. BAVHINVS Theatr. Anat. L. III. c. XCIV. p. 534. FABRICIVS de Lar. p. 1. c. VI. p. 171. opp. et plures.

t) HALLER Comment. in instit. BOERH. T. V. P. I. p. 190.

nis annularis, (§. IX.) cuius oblongum capitulum, laevigatum et eleganter candidum, illorum sinui laevis et rotundo, a parte baseo; earum postica et externa, respondet. In hoc articulo parua est lacinia, ex mucilaginosis glandulis constans, mollis, subrubens et totum latus internum, ad capituli extremitatem occupans, et humorem ad motum liberiorem conciliandum plorans. Tenuis capsula hunc articulum ambit cum aliquot muscularis. Singulam cartilaginem, ex duabus distinctis constare, vult DOMINICVS SANTORINVS <sup>w)</sup> (atque ita septem laryngis cartilagini numerat). Namque apici cartilagineum insidet capitulum obliquum, anteriora versus incuruatum instar appendicis, quod in quibusdam subiectis admodum mobile est, et haud difficulter quoque separari potest. Sed WINSLOWIVS <sup>w)</sup> illos supremos arytaenoidum apices ad epiphyses referit omni iure, quia illud discriminem, in annosioribus in primis, penitus oblitteratum deprehenditur <sup>x).</sup> Vtriusque basis reliqua substantia amplior est atque crassior <sup>y)</sup> et exterius processum habet <sup>z).</sup> Facies posterior arytaenoidearum parte sua interiori exaltata est, latera vero eiusdem sunt cava. Earum anterior facies conuexa est, et tribus soueis ac duabus eminentiis, obliquum situm habentibus, praedita <sup>a).</sup> Ad utramque positae sunt duae glandulae, figuram L representantes, quarum crus longius superiori arytaenoidum processat ab anteriori et

con-

<sup>w)</sup> Obseru. Anat. p. 97. Tom. III. f. 3.

<sup>w)</sup> Tom. IV. 430.

<sup>x)</sup> vid. Io. ZACH. PLATNERI Diff. de epiphys. ossium. Lips. 1736.

<sup>y)</sup> VIDIVS l. c.

<sup>z)</sup> MORGAGN. Adu. I. T. II. figi 6. lit. f.

<sup>a)</sup> MORGAGN. l. c. T. II. fig. 6. g.

conuexa parte insidens, profunde in memoratas foueas se insinuat, et totam partem anteriorem obtegit: alterum crus breuius versus scutiformem producitur, et superius per duo ligamenta, per quae arytaenoides cum thyroidea connectitur, intrinsecus attensum est. Has  
 10. BAPTISTA MORGAGNVS primus detexit, et arytaenoideas adpellavit *b*). Constant ex granulosa substantia, e liquido albescente, ex quibus succum, quo larynx oblinitur, exprimunt, tam adpressa epiglottis, quam contracti musculi vicini. Longius crus, intrinsecus et secundum longitudinem, a columella quadam coercetur, *c*) quae nonnunquam ex fragmentis cartilagineis, interdum ex solidiori eiusdem glandulae substantia, componitur. Insuper III. HALLERVS minores quoque glandulas vedit, ad latera harum cartilaginum, in membrana ventriculorum posteriori vsque ad annularem cartilaginem descendentes *d*). Arytaenoidibus secundum longitudinem dissecatis, colorem et substantiam discrepare, conspicitur, sed nullae cellulæ adparent: baseos vero substantia est spongiosa et cellulas possider *e*). Parua etiam cauernula rotunda paulo altius posita est, versus superficem innatam. Si sides RIOLANO *f*), ipsi arytaenoidae nonnunquam in sensibus osseis, nunquam autem ita MORGAGNO visae fuerunt *g*).

*11.* *b*) id. I. c. p. 1. §. 2. T. II. fig. 6. h.  
*c*) id. I. c. T. II. fig. 6. I.  
*d*) I. c. T. I. p. 214. (10.)  
*e*) DV VERNOI I. c. MORGAGN. I. c. et p. 62. §. 23.

*f*) Anthropogr. L. IV. c. I. cons. quoque WINSTON Traité de la tête. T. IV. 461.  
*g*) Adu. I. p. 62. §. 23.

Quatuor sunt ligamenta, in quolibet latere duo, vnum inferius, alterum superius, quibus cartilagines guttales (§. X.) et scutiformis inuidem connectuntur. 1) Inferiora, a basi arytaenoidearum, in parte anteriori, oriuntur, et in concavam superficiem partis scutiformis anterioris, paululum sub medio eiusdem, inseruntur. Ex fibris tendineis, albidis, valdeque elasticis contexta et tenuissima membrana inuestita sunt *b*). Horum margo lineam in latitudine complectitur, crassities vero est minor. Situm habent horizontalem ab anterioribus versus posteriora. 2) Superiora ligamenta, inferioribus longe molliora, a medio serme arytaenoidearum exorsa, ad inferiorem et fere medianam scutiformis partem producuntur, et supra inferiora insiguntur, a quibus lineae circiter interuallo remota sunt *c*).

## §. XII.

Inter haec duo ligamenta (§. XI. 1. 2.) in utroque latere, est rima elliptica, transuersalis, qua introitus patet ad saccos membranosos, proxime supra glottidem (§. XIII.) positos, parabolicae, figurae, quorum fundus angustior est, et magis extrorsum versus alam scutiformis vergens *k*), atque clausus. Superius ampliores sunt, in quo loco etiam aditus patet. *Ventriculi a GALENO vulgo dicuntur l*), post quem a paucioribus dissecotoribus memorati *m*), nostra vero aera-

te

*b*) Memoir. de l' Acad. des Sc. de Paris, année 1741. p. 479.

*c*) WALTHER. in progr. cit. p. 5.

*k*) WINSLY T. IV. 436.

*l*) L. VIII. c. XIII. de usu partium. I. VI. pag. 111.

*m*) FABRICIUS non nisi e brutis, porcis et equis proposuit, in homine vero non descripsit l. c. p. I. C. 2. p. 169. T. III. f. 20. r. r. Indican-

ce optime descripti et delineati sunt a MORGONO <sup>n)</sup> et celeb. LAVR.  
HEISTERO <sup>o)</sup>). Interdum alter profundior, alter latior deprehensus fuit <sup>p)</sup>.  
Vtriusque parietes lubrica membrana inuestiuntur, multis foraminibus  
pertusa, ex quibus vinctuosi humoris guttulae prodeunt.

## S. XIII.

Chordae ligamentosae (§. XI. I.) hiatum inter se relinquunt,  
quem *Glottidem* vocant. Est rima oblonga, ovalis, in medio latissima,  
anterius horizontalis et angustior, posterius oblique ascendens,  
itemque arctior, magis tamen ad scutiformem acuminata, minus ad  
arytaenoidem <sup>q)</sup>. Horizontalis rimae pars a ligamentis inferioribus  
(§. XI. i.), quibus arytaenoideae et thyreoidea cartilagine colligan-  
tur; obliqua vero pars, horizontali brevior, ab arytaenoidibus et  
longiori crure glandularum arytaenoidearum efficitur <sup>r)</sup>. Glotidis  
diameter in homine lineam comprehendit <sup>s)</sup>, teste DODARTO; quan-  
do autem latissima est, tunc amplitudo est fere dimidii digiti <sup>t)</sup>. Ae-  
tati vero iuniori et sequiori sexui glottis est angustior. Longitudo ri-  
mae a quatuor ad octo lineas ascendet. Figura eiusdem, in ipsa vo-  
cis

dicantur solum a BAVHINO l. c. L. III. c. 94. p. 538. et RIO-  
LANO l. c. L. IV. c. XI. p. 191.

<sup>n)</sup> l. c. p. 32. §. 16. T. II. f. 1. 2. 3. 4.

<sup>o)</sup> in Act. phys. med. Acad. Caes. Vol. I. Obs. CLXXIX. p. 402. T.  
XI. fig. 3.

<sup>p)</sup> MORG. adu. V. p. 67.

<sup>q)</sup> FABR. P. III. c. II. p. 291. BAVHIN. l. c.

<sup>r)</sup> MORG. adu. I. p. 32.

<sup>s)</sup> Mem. de l' Acad. des Sc. 1700. p. 357. ed. Paris.

<sup>t)</sup> BOERH. Comment. in instit. T. V. 1. p. 193. et LITTR. in Mem.  
de l' Acad. de Sc. 1716. p. 379.



cis productione, ex duorum aequalium circulorum segmentis videtur esse composita: ast quando respiramus, aut submissa voce loquimur, aut susflamus, apertura triangulo aequicruro, ex linea recta et duabus curuis constructo, sere similis est, quarum prior recta, basin, posteriores duae curuae latera sive crura constituunt u).

#### §. XIV.

Progradimur nunc ad *musculos*, laryngis et glottidis rectores, absconditos aequi ac exteros, quorum sedes non solum recensenda, sed etiam actio perspicue exponenda est. Sunt autem duo crico-arytaenoidei postici, circō-arytaenoidei laterales, thyro-arytaenoidei, arytaenoidei obliqui, arytaenoideus transuersus, hyothyroidei, sternothyroidei, crico-thyroidei.

#### §. XV.

1) Elatior et posterior pars cartilaginis annularis (§. IX.) recipit hac superfice musculum *crico-arytaenoideum posticum*, inter laryngis musculos maximum, qui ex souea, cricoideae cartilagini insculpta, ad angulum baseos guttalum, et ad eius partem posteriorem, nonnihil priorem, fibris oblique extrorsum vergentibus excurrit. Linea prominente in postica cricoide (§. cit.) a suo socio separatur. Arytaenoideam cartilaginem retrorsum et extrorsum abducit, chordam inferiorem (§. XI. I.) ab altera diducit et simul tendit w), et glottidem posteriorem obliquam (§. XIII.) ampliorem reddit.

2) *Cricoarytaenoideus lateralis* in supremo sere loco latioris posticæ partis cricoideæ et ab exteriori eius margine incipit, et a priori

w) DODART. l. c. p. 344. edit. Amstel.

w) WINSLOW l. c. 464.

priori loco versus posteriorem inclinatus, iuxta finem circoarytaenoidei postici, ac in priori inferiorique parte cartilaginis guttalnis et deinde etiam paulo superiori *x*) terminatur. Cartilagines guttales totas oblique ad latus et anteriora versus *y*) deducit, et sic posteriorem rimam (§. XIII.) amplificat, ex consensu omnium *z*), excepto solo WALTHERO *a*), qui assertit, hunc musculum arytaenoideam cartilaginem in priorem locum ducere, (n. 1.) et simul duas circiter tertias partes insimae rimae arctare et claudere. Praeterea quoque chordas ligamentosas relaxat *b*), adeoque etiam glottidem horizontalem auger.

*3) Thyroarytaenoideus* oritur latus et carneus sub media parte interna cartilaginis scutiformis, iuxta angulum, quem binae eius tabulae quadratae includunt, inter illam et cricoideam, deinde oblique adscendit, ita ut quaedam eius fibrae, finem cricoarytaenoidei lateralis (nr. 2.) transeant et angulo baseos cartilaginis guttalnis exteriori implantentur; quaedam porrigantur ad anteriorem et superiorem cartilaginis arytaenoideae faciem; tertia vero pars minor, et superior, quae adhuc reliqua est, in radice epiglottidis definit *c*). Cartilaginem arytaenoidem antrorum inclinat *d*) et rimulam his cartilagini-

*x) HALLER.* l. c. T. II. p. 147. (p.)

*y) WINSL.* l. c.

*z) Thom. BARTH.* anat. L. II. c. XI. p. 194. DIRMER BR. l. c. p. 491. HOFFM. l. c. p. 168. BOERHAAVE in instit. §. 194. HEISTER. Comp. anat. n. 314. WINSL. l. c. HALLER. l. c. et plures.

*a) Progr.* cit. pag. 6.

*b) WINSLOW.* l. c.

*c) WALTH.* l. c.

*d) WINSL.* l. c. 466.

ginibus interpositam recto ductu claudit e); et quum inferior eius pars ventriculum laryngis inferius subtendit, ligamentum thyroarytaenoideum superius, obsequiosum, (§. XI. nr. 2.) simul stringet et arctabit f).

4) *Arytaenoideus obliquus* g) in parte postica concava cartilaginis guttalidis, ad eiusdem basin h) et partim iuxta finem cricoarytaenoidei postici i) nascitur, ac in medianam partem et supremum cartilaginis arytaenoideae oppositae apicem recurvatum (§. X.) inseritur. Quasdam fibras saepenumero ad epiglottidis mittit radicem k). Arytaenoideus dextri lateris tegitur ab arytaenoideo sinistri lateris l). Glottidem posteriorem (§. XIII.) minuit, cartilaginiess arytaenoideas vniendo.

5) *Arytaenoideus vulgo transuersalis* dictus, verus WINSLOWIO m) et rectus HALLERO n), posterius in basi ab una cartilagine arytaenoidea, ad alteram desertur, fibris in transuersum positis. Pariter glottidem posteriorem claudit ac prior, (nr. 4.) et vertices cartilaginum ad se mutuo adducit.

## §. XVI.

e) *Tb. BARTHOLIN.* I. c. L. II. c. XI. p. 195.

f) *WALTH.* I. c. pag. 7.

g) *MORGAGN.* adu. I. T. II. fig. I. k. vid. qq. huius et sequentis elegantem figuram in *Bartbol. EVSTACH.* T. XLII, f. 2. f. f. b. b. quae reperitur in *WINSL.* exposition. anatom. Tom. I. Table DD.

b) *WINSL.* I. c. 455.

i) Idem et *WALTH.* I. c. hinc priori cricoarytaenoideus superior nominatur.

k) *WALTH.* I. c.

l) *MORGAGN.* fig. cit.

m) I. c.

n) *T. I.* praelect. p. 222. (8)

## §. XVI.

Musculi, qui exterius laryngem sursum, deorsum, antrorsumque mouent, sunt 1) *Hyotbyroideus* sive *Thyrobyoideus*; initium sumit latum et carnosum ab ora inferiore et laterali cartilaginis thyroideae, et basi ac dimidio cornu ossis hyoidis inseritur. Totam fere tabulam cartilaginis tegit. Motus antecedentium musculorum iuvare, cartilaginem sursum trahere, laryngis rimam arctare et epiglottidem reclinare videtur. Potest etiam os hyoides deorsum ducere o). An vero etiam maxillam aperire possit, fere dubito p).

2) *Sternothyroideus* q), immediate sub sternohyoideo positus, a sterno, et quidem superius ab interna posteriorique eius facie, partim a ligamento, quod claviculam cum sterno continet, partim ab ipsa clavicula, partim quoque a primae costae supremae principio late et carnoso incipit; inde ascendit iuxta asperam arteriam, cartilaginem cricoideam tegit, et supra eam, et ante glandulam thyroideam in parte laterali et inferiori cartilaginis thyroideae, iuxta insertionem antecedentis, desinit, ad quem etiam fibras profert r). Progreditur vsque ad prominentiam superioris processus scutiformis s). WINSLOWIVS inuenit hunc musculum bifidum, quorum unus basi, alter lateri cartilaginis thyroideae adhaeret t). In eius corpore inscriptio-

nes

e) WINSL. I. c. et HALLER. p. 221. l. c. (7)

p) HALLER. l. c.

q) MORGAGN. l. c. T. L. q. q. q. *Bronchius* vocatur ab antiquioribus.

r) WALTH. l. c.

s) MORGAGN. l. c. p. 5. §. 6.

t) l. c. 446.

nes interdum inueniuntur *u*), a MORGAGNO non nisi semel atque iterum visae *w*). Laryngem detrahit, quem paulo antrorsum nobis diducere videtur; et ob nexus rerum, os hyoides quoque et linguam deprimit, insuper quoque glottidem aperit.

3) *Cricothyroideus* a parte anteriori cartilaginis annularis initium sumit, et paululum oblique progressus, orae inferiori et lateri cartilaginis thyroideae inseritur. Ad cartilaginem annularem cum suo socio angulum acutum includit, quo magis vero ad scutiformem properat, eo magis ab altero remouetur, ita ut haud inconcinne V Romanum repraesenter *x*). In superiori loco latior est ac in inferiori, et in duas quasi partes diuisus adparet, quarum prior magis antrorsum vertitur, posterior, magis obliqua, ad latus inclinat. Hinc in cricothyroideum internum siue anteriorem et externum siue lateralem diuidi potest *y*). Reciprocum usum nobis habere videtur, tam glottidem dilatando, dum ad scutiformem trahitur, quam constringendo, dum scutiformem oblique deorsum ducit; quam etiam quodammodo retrorsum mouere potest.

### §. XVII.

*Epiglottis* est cartilago valde elastica, rigida, et extra deglutitionis actum semper erecta, figurae ovalis aut potius folii hederae, pone radicem linguae, ad os bicine, sub vuula, posterius tamen,

et

*u)* CASSERIVS de Laryng. T. I. f. 1. 2. 3. BAVHINVS Theatr. anat. L. III. c. XCIII. p. 500.

*w)* c. p. 6. §. 7.

*x)* WINSL. I. c. 448.

*y)* RIOLAN. Encheir. Anat. I. c. p. 357.

et supra laryngis ostium sita, quod sufficenter et abunde claudit, si quidem eo latior est z). Cuspis linguae a), in quam anterius definit, est acuta et angusta, paululum recurvata, ast, praefixa, multo flexilior, tenuior molliorque. Qua parte laryngis ostium respicit, concava est, conuexa vero superius versus palatum: vixque tamen facies profundi et inaequalibus sinibus, potissimum ad basin, insculpta est. Membrana admodum lubrica eam obducit, quam cum lingua habet continuam; inter hanc et epiglottidem multa intercedit pinguitudo, potissimum circa basin b). Interdum fibrae rubrae adsunt, musculosae, quae ex linguae substantia in ligamentum epiglottidis anterius, tanquam in tendinem, inseruntur, quae lingulam, versus linguam trahendo, eleuant, et quarum congeries *glosso-epiglottidæus musculus* nominatur a celeb. HEISTERO c). Praeter hoc ligamentum membranum vel carnosum, basis lingulae fungitur internæ; superiori et mediae fere parti scutiformis, post internam laryngis tunicam, dum pone basin ossis hyoidei notabili processu mobili sive petiolo descendit, atque sub perichondrio vel periosteo, quod os hyoides et cartilaginem thyroideam necit, in ligamentum latum, in medio excisæ thyroideæ crassissimum, quasi teres visum, mutatur d). Dictum petiolum, soliditate, duritate et souearum defectu, a reliqua substantia Epiglottidis manifesto distinguitur, et non modo interiore, verum etiam exteriore parte, linguam respiciente, prominet, et figura sinuosa praeditum est. Vtrinque scissuræ profundæ semicirculares

a) Ita nominat A. C. CELSVS L. IV. C. I.

b) FABRICIVS ab AQVAPEND. I. c.

c) vid. eius Comp. Anat. T. VIII. fig. 34. k.

d) conf. WALATHERI diff. de deglutit. naturali et praepostera, L. 737. p. 6.

z) BAVHIN. L. III. c. XCIV. p. 541.

lares adparent, quibus epiglottis pari scissuram semicircularium numero adglutinata est. Ea enim epiglottidis substantia congeries est exiguarum cartilaginum, intermedia quadam materia disiunctarum, quarum quaedam oblongae, quaedam orbiculares sunt visae, omnes vero sinuatae, quibus efficitur, ut media substantia soueis excauata, ambitus vero exterior incisus et laciniatus conspiciatur<sup>e</sup>). Epiglottis porro nestitur per duo ligamenta membranae lateralia cum cartilagibus arytaenoideis.

### §. XVIII.

Epiglottis glandulis quoque obsta est, tam in conuexa, quam concava sua sede. In dorso glandula sedet, inferius crassior, lateraliter vtrimeque prominens, lubrica epiglottidis membrana (§.XVII.) tecta, et ad lingulae cuspidem usque porrecta. Inaequalibus illis soueis infider, (§. cit.) et concavam faciem quoque explet. Humidum glutinosum plorat tam per porulos minores, quam per maiores canaliculos, qui per soueas ad concavam sedem penetrant f). Dictam sedem occupant quoque minores glandulae, quae per foraminula suum liquidum stillant g); quas vero MORGAGNVS non pro peculiaribus glandulis, sed propaginibus glandulae illius maioris dorsalis habet h).

### e) DV VERNOI L. C.

f) MORGAGN. Adu. I. p. 2, §. 3. T. II. f. 5. a.

g) FABRIC. I. c. T. III. f. 25. 26. A. VERHEYEN T. XVI. f. 3. d.

SANTORIN. I. c. T. III. f. 1. 3.

h) I. c.

### §. XIX.

## §. XIX.

De existentia atque numero muscularum epiglottidaeorum lites agunt dissectores. <sup>i)</sup> GALENV*s i*), et qui eum sequuti sunt <sup>k)</sup>, epiglottidi nulos tribuunt, quod in homine voluntarie non mouetur, et esculenta ac potulenta omnino sufficerent ad depressionem praestandam, et quia etiam ex propria vi elastica, sese ipsam, cessante pressione, erigere posset. Adcedit, quod tales in homine rarissime obseruentur <sup>l)</sup>. FABRICIV*s*, qui quidem in bovibus, simiis et aliis animalibus brutis, quae fecuit, duos evidenterissimos musculos in dorso epiglottidis inuenit, qui ab osse bicorni progredientes, prope medium epiglottidis inseruntur, et *hyoepiglottidae* vocari solent, homines iis carere affirmat <sup>m)</sup>. Horum tamen loco in humana epiglottide vnum vidit, non quidem carnosum, ut priores, sed membranosum, et ex membrana illa crassissima et laxissima, super epiglottida, consistente <sup>n)</sup>. §. XVII. conflatum, carneis fibris adactum, quae recta ab osse hyoide per epiglottidis dorsum excurrunt, et ipsam attollunt. An *glossoepiglottidaeus* *HISTERI*? (<sup>o)</sup> §. XVII.) An musculus innominatus *Litterinus*? De binis hyo-epiglottideis nondum certus est WINSLOWIV*s o*), ibidemque eos dubitantes audiuntur ac *glossoepiglottidae* mita

<sup>i)</sup> de visu part. L. VII. c. XVI. <sup>o)</sup> apud scilicet omnes etiamque <sup>o)</sup> FALLOR. insti<sup>t</sup>ut. Anat. p. 507. BAVINVS. I. c. p. 542. BARTHOL. L. II. C. XI. p. 295. RIOLAN Enchir. Anat. L. IV. c. XIII. p. 332. et L. V. c. XVII. p. 357. Ex recentioribus PETR. DION. Anat. Demont. VI. MORGAGN. I. c. p. 75. §. 28. WINSLOW. I. c. 467.

<sup>l)</sup> VESALIV*s* equidem duorum attollentium mentionem facit, sed haud indicat, an in hominibus, aut in brutis illos animaduerterit? <sup>o)</sup> FABR. C. H. L. II. c. XXI. p. 199.

<sup>m)</sup> I. c. p. 270.

<sup>n)</sup> Memoir, de l'Acad. des Sc. de Paris. 1718. p. 379. L'Epiglotte a trois muscles, dont deux servent à l'abaisser, et le troisième à la relever.

<sup>o)</sup> I. c. 458.

ita statuens: *Je n'ai pas eu occasion de les examiner dans des sujets bien charnus, c'est pourquoi je ne suis pas bien assuré que les fibres qui vont de la convexité de la base de l'os Hyoïde à la convexité de l'Epiglotte, sont de veritables fibres charnues.* Numerantur porto duo muscularum paria abs nonnullis, epiglottidem deprimentia et ostium laryngis claudentia *p).* Thyroepiglottidæi primum pars constituant, qui ad internum scutiformis parietem adnatæ, epiglottidis radici implantantur, cum musculis thyroarytaenoideis decussatim positi, quorum supremæ sunt partes (*§. XV. 3.) q).* Epiglottidem non deprimere videntur, nam, si id natura voluisset, necesse foret, ut non immobili ipsius parti, qualis radix est, inferatur *r).* Alterum depressorum pars constituant Arytaenoepiglottidæi, exiguis paucarum rubrarum fibrarum fasciculus, quae a supra arytaenoide orae epiglottidis insiguntur. *SANTORINVS s)* et alii hos musculos teneriores pro portionibus arytaenoideorum obliquorum (*§. XV. 4.) adsumunt.* Ob exiguae fibras vix videntur rigidam lingulam reclinare posse *t).* Omnes exiles hi musculi parum vel nihil praestare videntur in inclinanda aut relevanda epiglottide. Si omnino ad eam mouendam necessariae fuissent, in omnibus sane individuis eos deprehendi eporteret, et immobilitas utique ex eorum sequeretur defectu; id quod tamen non animaduersum est. Si vero adsunt, erectionem et depressionem omnino paululum adiuuare possunt, licet sint exiles:

*p) VESALIVS nunquam depressores vidit l. c. it. Ia. MAYR. HOFFMANNVS l. c.*

*q) FABRICIVS P. I. c. II. p. 271. et MORGAGN. p. 76.*

*r) MORGAGN. l. c.*

*s) I. c. C. VI. §. XIII. T. 3. f. i. d.*

*t) HALLER l. c. T. II. p. 145. (1)*

namque ipsa lingua, praeципue eius dorsum, dum retrotrahitur, epiglottidem inuertit; sed adcedente alia vi-minima, quam fibrae carnae habent, motus depressorius sit celerior: praeципue latera glottidis magis clauduntur, quando agunt, quae alias, si solum linguae dorsum depressionem efficit, hiant et adhuc aperta sunt. Eleuatio vero, quae maximam partem in elatere suam rationem habet, quidni acceleretur, si simul per quasdam fibras intenditur? LITTRIVS idcirco l. c. ita diserte loquitur: *Les deux premiers muscles sont aidés dans leur action par le poids des aliments et par la langue, lors qu'elle se renverse sur ce cartilage. Le dernier muscle est aidé dans la sienne par le ressor du cartilage, et par l'effort que font l'air ou d'autres matières pour sortir du Poumon.* Horum musculorum numerum adauxit SANTORINVS u), qui quidem non nisi vnum attollentem nominat, ast plures deprimentes, nimirum, duos aryepiglotidaeos, maiores, totidemque minores eiusdem nominis, quibus media pars epiglottidis reclinatur. In gracilioribus subiectis frustra quis eos inuestigabit, tantum abest, vt in omnibus torosioribus et valde carnis reperiantur. Quando vero adsunt, vires non habent sufficienes, quibus epiglottidem inclinare valeant.

## §. XX.

Vtilitas, quam epiglottis in corpore humano exserit, in eo consistit: 1) Ostium magnum laryngis claudit, ita, vt eius margo super illud adhue promineat (§. XVII.); vnde, clauso orificio, deglutienda propelli impediuntur in laryngis cauum, sed potius super epiglottidem, tanquam super pontem, transire coguntur in pharyngeum.

u) C. VI. §. XV. T. III. f. 2. P.

Occlusio vero orisicii ita ab epiglottide perficitur, dum partim dorsum linguae, per suos musculos, in deglutitionis actu retractum, partim ipsa deglutienda, partim musculi graciles, (§. XIX.) si adsunt, eam deprimunt. 2) Epiglottis ea, quae e narum hiatu ad fauces fluunt, intercipit, et impedit, ne in laryngis ostium cadant. 3) Fluida, quae ore adsumta sunt, ita determinat, ut in eius medium illisa, ad latera defluant, et lateraliter in gulæ ostium demittantur. 4) Ergo deglutitionis praecipuum est instrumentum. 5) Aëris ingressum in laryngem modificat, quem non directe in glottidem meare sinit, sed antea in duo flumina quasi diuidit, quibus non nisi ad latera introitus patet. 6) Quia est corpus tremulum, elasticum, aërem expulsum percudit ad vocis modulationem.

## §. XXI.

Nec silentio sunt prætereunda vasa, arteriae, venae et nerui, ad laryngem et tracheam pertinentia, quorum historiam succinè tradere studebimus. Vtraque carotis, dextra ac sinistra, quarum illa immediate ex aortae arcu, haec plerumque ex trunco arteriae subclaviae prognascitur, indiuisa adscendit, iuxta asperam arteriam, inter hanc et venam iugularem internam, vsque ad laryngem. Nunc in duos ramos abit maiores, quorum unus, qui anterior, laryngi propior, simulque interior est, et externis capitis partibus prospicit, *carotis externa* audit: alter, posterior, in ipsam craniī ositatem penetrat, et *carotis interna* vocatur.

## §. XXII.

1) E pluribus ramis, quos carotis externa emitit, unus et primus est, *arteriae thyroideae*, vel *laryngeae*, aut *gutturalis superioris*

*rioris nomine veniens*, quae ad musculos laryngis et alias eius partes abit.

2) Arteria subclavia exhibit in thorace arteriam *trachealem seu gutturalem inferiorem*, quae iuxta asperam arteriam serpit, et ad utrumque latus ramos dispergendo, laryngi quoque propagines largitur.<sup>v</sup>

3) Aliam arteriam superius emitit subclavia in thorace, quam *ceruicalem nominant w*), et quae statim post ortum, in anteriorem et posteriorem ramum diuiditur. Aliquando duae sunt ceruicales: anterior, maior posteriore, quibusdam ramis prospicit arteriae asperae, bronchiis et musculo sternothyroideo.

4) *Arteria bronchialis x*) bronchia comitatur ad minimas usque diuisiones. Diuersae est originis, siquidem aliquando ex arteria magna descendente, supra supremas arteriarum intercostalium, nonnunquam infra eas; aliquando ex subclavia *y*), modo ex aliqua intercostali *z*), modo ex aliqua oesophagea *a*) ortum sumit. Plerumque truncus eius non longe ab ortu in duos diuiditur, quorum singulus ad bronchium pertinet. Interdum bronchialis sinistra ex aor-

*w*) ex vertebrali interdum prodit. vid. *Fridr. R VYSCHII Thes. anat. VII. n. XXXI. p. o.*

*x*) resuscitata a *R VYSCHIO* obseru. anat. post. dilucid. valuu. Cent. IV. Obf. XV. et ex vitulo delineata Fig. IX. D. p. 19. ex homine Epist. VI. T. VIII. fig. 1.

*y*) *HALLER*. T. II. p. 162. Praelect. in *BOERH. infit.*

*z*) *R VYSCH.* Thes. anat. VI. N. XIV. not. 2. p. 22. ex tertia intercostali idem Epist. VI. T. VII. f. 2. 6.

*a*) *WINSLOW* Traité des artères T. IV. 114.

tae truncō, dextra ex prima intercostali eiusdem lateris producitur b). Celeb. HALLERVS vedit bis duas sinistras ex aorta, et etiam duas, quarum una ex aorta, altera ex intercostali quinta erat c). Communicationem alit cum minutissimis ramusculis arteriae pulmonalis d): repleta enim arteria pulmonali sebacea materia, illico quoque repleti conspiciuntur ramuli arteriae bronchialis. WINSLOWIVS vedit eam communicare cum vena sine pari e).

### §. XXIII.

Sanguis per hos plures riuulos (§. XXII.) ad laryngem, eius musculos, tracheam et bronchia, allatus, reddit nunc per venas eiusdem nominis ad diuersos truncos :

1) Vena *trachealis dextra* terminatur in truncum venae cauae ascendentis, quandoque in subclauiam eiusdem lateris: *Sinistra* abit in subclauiam sinistram posteriorem,

2) Reliquae venae, quae e musculis laryngis redeunt, eunt in venam iugularem externam anteriorem.

3) Vena *gusturalis* suum sanguinem in venam iugularem internam desert, sinistra interdum ad axillarem abit f).

4) Vena bronchialis, si adeft g), transportat suum sanguinem, ex

b) id. l. c. 110.

c) l. c.

d) R V Y S C H. Epist. anat. VI. p. 10. T. 7. f. 5. CCC.

e) l. c. 113.

f) W I N S L. Traité des Veines. 105.

g) Nunquam vidit R V Y S C H I V S Epist. VI. neque eam magis hic adeo necessariam putat, quam in hepatē, ubi arteria hepatica nullam quoque sociam habet venam. De eius existentia etiam dubitantius loquitur HALLER. Vol. II. p. 164. a)

ex arteria eiusdem nominis acceptum, vel in venam iugularem sine pari *b*), vel in truncum intercostalem finistrum *i*), vel in subclaviam, vel in cauam *k*).

## §. XXIV.

Nerui, quibus larynx cum suis musculis instructus est, a pari vago sive sympathetico medio prouenient. Vterque furculis ad quosdam musculos linguae, ossis bicornis et gulae emissis, ramum ad laryngem desert, qui inter cornu ossis hyoidis ad cartilaginis thyroideae superiorem oram demersus, in membranam laryngis, musculos sternothyroideos, hyothyroideos et cricoarytaenoideos posticos distribuitur. Truncus *sympatheticus dextri* nunc abit ad thoracem, et, postquam super arteriam subclaviam dextram transgressus est, furculum dat, qui retro circa hanc arteriam fleicitur, et cum suo trunco, anterius super illam posito, eam tenet et ambit; deinde iuxta asperae longitudinem, cui ramulos largitur, adscendit, et ad laryngem usque extenditur. *Recurrens vulgo dicitur, et vocalis GALENO* *i*). Musculi cricoarytaenoideus lateralis, posticus et thyroarytaenoideus, inde suos neruulos accipiunt. *Sympatheticus sinist*er paulo altius in thoracem penetrat, antequam neruum suum recurrentem reslexit. Hoc sit ad aortae arcum, ubi canalis arteriosus cum eo coniunctus est, qui dein retro huncce canalem et arcum aortae serpit, et cum suo trunco trochleam, qua arteria aorta circumligatur, format *m*) et

*b) WINSL.* I. c. 34.*i) id. I. c. 68.**k) WILLIS.* Pharmac. ration. P. II. Sect. I. c. I. p. 6.*t) de visu part. L. VII. c. XIV.**m) FABRIC.* I. c. T. VI. fig. 36. d. pag. 280.

et iuxta tracheam ad surgit, cui plures propagines impertit, usque ad laryngem, sicut socius suus. Recurrens dexter communicat cum sinistro in supra parte asperae arteriae. Communicationem quoque alit recurrens cum superiori ramo in collo egresso, pone cornua scutiformis <sup>n).</sup> VIDIVS autor est, a primo pari neruorum medullae dorsi aliquos ad guttur proficisci <sup>o).</sup>

### §. XXV.

Laryngis historia nunc absoluta, et expositis iis, quae in explicatione formationis vocis nosci debent, progredior nunc ad principia Physices et Musices, quibus, tanquam altero fundamento, tota res de vocis generatione innititur.

### §. XXVI.

Corpus tremulum dicitur, cuius partes vicibus alternis eunt ac redeunt <sup>p).</sup>

### §. XXVII.

Corpus elasticum vocatur, cuius figura, a quaunque causa externa mutata, restituitur ex vi eius intrinseca, remota causa externa. Omne igitur corpus tremulum est elasticum.

### §. XXVIII.

Aer est corpus tremulum et elasticum, (§. XXVI. XXVII.) quod a motu illato comprimitur, versus omnes plagas se expandere nititur, et motus subit, motibus vndarum, in aquae superficie, similes. Undae aeris sphaeris eiusdem compressis et dilatatis absoluuntur <sup>q).</sup>

### §. XXIX.

<sup>n)</sup> WILLIS Cerebr. Anat. C. XVIII. p. 121. fig. 9. Opp. edit. Genue. 4to.

<sup>o)</sup> Anat. L. VI. c. III. p. 276.

<sup>p)</sup> ita definit Cel. WINCKLERVS, Instit. Mathem. Physic. §. 831.

<sup>q)</sup> id. l. c. §. 834.

## §. XXIX.

Motus aëris vndulatorius, a corpore tremulo productus, et ad aurem usque propagatus, dicitur *Sonus*.

## §. XXX.

*Sonus* dependet a tremore inimicarum partium. Quo plures igitur sunt partes corporis, quae tremiscunt, eo intensior est sonus.

## §. XXXI.

Fluida in diuersæ capacitatis canalibus mota, diuersa mouentur celeritate, ita, ut in tubis angustioribus velocius moueantur, quam in capacioribus, atque fluidorum in connexis tubis mouendorum velocitates sint reciproce, ut eorum capacitates. (per princ. hydraul.) Experientia et analogia comprobant, diametros bronchiorum simul sumtos, maiores esse diametro trunci asperae arteriae. Cum autem aspera arteria et bronchia tubos connexos repræsentent, et aer sit illud fluidum, quod in illis moueat; consequens est, aërem exspiratum in aspera arteria velocius moueri, quam in bronchiis. Quum igitur eadem aëris quantitas, intra asperam, in angustiori spatio contineatur: latera asperae arteriae percussu suo feriet, a quorum tremore ipse aer fit sonorus et ad motum tremulum edendum excitatur. (§. XXXIX.) Id quod aëris murmur et agitatio, ab exteriori tangentibus percipienda, imo tumor insignis, qui in quibusdam aubus in collo ad asperam arteriam attollitur, dum vocem emittunt, luculentissime testantur. Hinc etiam ratio patet, quare in catarrhis, quando ligamenta et cartilagines tracheæ muco obsita, tremere non valent, vox deperdita sit. Ergo *trachea* est instrumentum vocis.

## §. XXXII.

Sibili a molibus labiis constrictis producti, ventris crepitus et scuticae in aere celerrime motae, aerem reddunt sonorum, dum is comprimitur, et compressione facta, exploditur. Quando aer per asperam arteriam ad glottidem peruenit, ibi magis quam antea, comprimitur, et maiori celeritate mouetur. Quum vero aer eo magis se expandere nititur, quo magis est compressus; sequitur, ut labia glottidis, quae ex cartilaginibus et ligamentis constant, (§. XIII.) eo fortius succutiantur, et in motum tremulum deducantur, qui aeri communicatus, et ad aurem delatus, ideam soni in nobis excitat. (§. XXIX.) Ergo glottis est principalissimum soni instrumentum;

## §. XXXIII.

Omne solidum reflectit quemlibet sonum. Reflexio soni debilior vel fortior est, pro diuersa corporum reflectentium soliditate. Hinc omne solidum certi tantum tremoris est capax.

## §. XXXIV.

Relatio soni ad alium sonum, ratione temporis singularium vibrationum, dicitur *tonus*.

## §. XXXV.

Diderit in chorda musica producti toni, ab huius tensione, longitudine, crassitate et grauitate specifica dependent.

## §. XXXVI.

Si chordis eadem est soliditas et crassitas, omnis sonorum diversitas, a diuersa earum longitudine et tensione dependet.

## §. XXXVII.

XXXVII. In diuersitate sonorum, respiciendum est tam ad maiorem vel

minorem celeritatem expansionum particularum aërearum, (§. XXXV.) quam ad harum massum. Ratione massae particularum aërearum, *sonus* est vel *fortis* vel *debilis*. *Fortis* existit, si multae particulae aëreae in motum tremulum constituuntur. *Debilis* contra, si particulae aërearum tremulentum quantitas exigua est. Ratione diuersae celeritatis expansionum particularum aërearum, in tremore constitutiarum, sonus est vel *acutus* vel *obtusus*.

### §. XXXVIII.

Duae chordae, longa et breuis, si eandem habent soliditatem et aequaliter tensae sunt, diuersam celeritatem vibrationum in particulis aëreis producunt. Breuis enim chorda maiorem celeritatem aëri imprimit, quam longa, et tempus singularum vibrationum eo minus est, quo breuior est chorda.

### §. XXXIX.

Quum tempus singularum vibrationum in chorda breuior minor est, quam in longa, (§. XXXVIII.) et sonus acutus maiori celeritate vibrationum particularum aërearum absolutur: (§. XXXVII.) chorda eo acutiori reddit sonum, quo breuior est; et contra. Ex hac ratione Musici eandem chordam, quæ prius obtusiorem edebat tonum, digitis comprimunt, et comprimento abbreviant, atque ita tonum producunt acutorem.

### §. XL.

Chorda, quo magis tenditur, eo minus est tempus singularum vibrationum, et eo acutior producitur tonus. (§. XXXIV.) Contra,

E 2. q. 4. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1498. 1499. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1618. 1619. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974.

quo minor est tensio, eo maius est tempus singularum vibrationum, et eo obtusior tonus.

§. XLI.

Duae chordae eundem dant tonum, si eandem habent longitudinem et tensionem. Et, si duae chordae, aequaliter tensae, diuersae longitudinis sunt, ita, ut longitudine vnius sit ad longitudinem alterius, ut 1. ad 2.; erit tempus singularum vibrationum in prima ad tempus singularum vibrationum in altera, ut 1. ad 2.; harum chordarum tonus (§. XXXIV.) dicitur *Ottava* a Musicis. Si duarum chordarum, aequaliter tensarum, longitudines sunt ut 3 ad 4; erit tempus singularum vibrationum in prima ad tempus singularum vibrationum in altera, ut 3 ad 4; harum chordarum tonus dicitur *quarta*. Si longitudines duarum chordarum, aequaliter tensarum sunt, ut 2 ad 3; tempus vibrationum erit in eadem ratione; et tonus dicitur *quinta*. Plures vibrationum proportiones adnotarunt III. GEORG. EHRR. HAMBERGERVS r) et CL. IO. GOTTL. KRÜGERVS s). Ergo celeritas motus tremuli chordarum et proportio tonorum determinatur ex chordarum longitudine. Ast non ex sola longitudine, sed etiam ex diuersa chordarum crassitate aestimanda est celeritas vibrationum. Chorda crassa plus continet materiae; materia est id, quod corporibus dat extensionem atque resistantiam; quo maior est moles et resistantia chordae, eo tardior est motus tremulus, in illa excitatius. Quum vero corda, cuius vibrationes tarde percipiuntur, obtusum edit tonum; (§. XXXVII.) consequens est, ut corda crassa obtusorem det tonum, quam tenuis, eiusdem tensionis et longitudinis.

§. XLII.

r) Element. Physic. §. 346.

s) Vid. II. Naturlehre. p. 424. 425.

## §. XLII.

Vox est sonus, exspiratione formatus <sup>2)</sup>. Exspiratio est emissio aëris e pulmonibus per nares et os, vel per alterutram viam. Emissionem antecedit immissio eiusdem. Haec non fieri potest, nisi resistentia cavitatis pectoris imminuta. Resistentia in pectore et pulmonibus imminuitur aucta magnitudine cavitatis pectoris. Magnitudo cavitatis pectoris augetur, quando diaphragma versus abdomen descendit, et costae cum sterno versus anteriora et superiora attolluntur. Organa, quae hoc efficiunt, sunt diaphragma, musculi intercostales externi, subclavius, supercostales Verheyeni, breues ac longi, serratus maior anticus, serratus superior posticus et scalenus. Exspiratio contrariis causis absolutur, nempe, diaphragmatis in cavitatem pectoris adscensu, et costarum atque sterni descensu. Diaphragma vero sursum trahunt, et costas deorsum, sternumque retrorsum ducunt, musculi abdominis vulgo dicti. Insuper vero costas deprimunt et ita aërem e pulmonibus pellunt, serratus posticus inferior, musculorum intercostalium series interior, triangularis sterni, infra-costales Verheyeni, sacrolumbaris, longissimus dorsi, semispinosus et quadratus lumborum.

## §. XLIII.

Experientia testatur, aërem, e pulmonibus per organa (§. XLII.) explosum, esse vocis materiam. Non omnis vero aëris expensus, dat sonum. Itaque, ut aliae causae ad sonum formandum concurrant, necesse est. Obseruamus, quod aëris compressus, et de-

<sup>2)</sup> BOERHAAVE Instit. med. §. 616.

inde vi quadam extrusus, sonum exhibeat. (§. XXXII.) Quicquid igitur aërem in suo transgressu condensat et exprimit, illud rationem in se continet, cur vox ad existentiam producatur. (§. XXXI. et XXXII.)

## §. XLIV.

Vox pro libitu reddi et cohiberi potest; idcirco est actio voluntaria. Actio voluntaria per musculos perficitur. Praeter musculos vero mesochondriacos (§. VI.) dantur adhuc plures, tam intra ipsum laryngem absconditi, (§. XV.) tam exterius adpositi, (§. XVI.) qui glottidem cum arctant, cum dilatant. Quia igitur aër glottidis arctatione comprimitur, et dilatatione eius maior quantitas simul exprimitur: glottis pro vario suo motu sonum producere apta est, et proximam vocis causam constituit. (§. XXXII.)

## §. XLV.

Si aëris per glottidem immobilem pertransit, id quod in libera et simplici exspiratione adcidit, neutiquam ad sonum disponitur. Immobilis vero glottis persistit, si eius diameter lineae est aequalis. (§. XII.) Quodsi vero minima mutatio adcedit, sensibilis auditui diuersitas vocis producitur: si enim diameter glottidis in 9932. partes dividii potest naturaliter; pars semper alium tonum proferet <sup>u)</sup>. Sed  $\frac{1}{2}$  pars diametri glottidis aequalis est  $\frac{1}{4}$  parti diametri filii serici; aut  $\frac{1}{2}$  parti diametri pili mediocreis. Motus, quem glottis praefstat, eius constitutione et dilatatione absoluitur. In constrictione labia glottidis sibi inuicem adpropinquantur, et figura glottidis curua mutatur in rectam. In dilatatione vero magis curua sit. Constrictio vero, aequa ac dilatatio, suo gaudent gradu; vox enim communiter

duo-

<sup>u)</sup> cf. DODARTVS in Memoir. de l' Acad. des Sc. de Paris, année 1700. p. 394. 398, ed. Amstel.

duodecim tonos vel duas octauas percurrere potest: dantur tamen interdum in arte cantandi excellentes, qui longe ultra duas octauas ascendere et descendere possunt; quorum duo memorabilia exempla refert DODARTVS <sup>w)</sup>, vnum de virgine quadam, *de la Lande* dicta, quae tertiam maiorem supra duas octauas attingere potuit, voce summe grata, forti atque plena: alterum de Domino *Du Four*, in basso excellente, qui ad *C sol* ut infimum usque descendere potuit <sup>x)</sup>. Nec minus mirabile est, quod BOERHAAVIVS de homine Geldriensi refert, qui distinctissime per 56. tonos adscendebat et descendebat <sup>y)</sup>.

## §. XLVI.

Tonus existit acutus, aucta celeritate vibrationum particularum aërearum. (§. XXXVII.) Celeritas vibrationum particularum aërearum augetur aëre, ex ampliore in angustius spatium propulso. (§. XXX.) Quando aër ex trachea in glottidem pergit, ex ampliori in angustius spatium cogitur. Ergo aëris celeritas eo magis augetur, quo magis glottis artatur. Quo maior celeritas vibrationum aëris, eo acutior sit sonus; Ergo, quo maior glottidis constrictio, eo acutior idem. Sibilantes huius rei testimonium exhibent, qui eo acutiorem producunt vocem, quo magis labia oris corrugant, et orificium constringunt. Hoc etiam in aibus videre licet. Et DODARTVS refert de Musico, qui cum glottide instrumenti, Hautbois dicti, ab instrumento sciuncta, sola diuersa constrictione, omnes tonos edere poterat <sup>z)</sup>. Vnde elucescit, glottidis constrictione diuersos habere

gra-

<sup>w)</sup> l. c. p. 394.<sup>x)</sup> id. l. c. p. 272.<sup>y)</sup> in Comment. in instit. T. V. P. I. p. 230.<sup>z)</sup> l. c.

gradus, et non omnes musculos constrictores, in singula glottidis arctatione, simul semper agere; licet determinari haud possit, quinam ex illis maiorem vel minorem constrictiōnem causentur. Id tamen certum esse videtur, in acutissimo sono, quem quis edere valet, et si perfecte clauditur glottis, ita, ut ne atomus quidem transire queat, ut in foetus exclusione, majorum ponderum elevatione, etc, omnes constrictores simul officio suo fungi.

## §. XLVII.

Quemadmodum vero tonus acutus a glottidis arctatione et velociori particularum aëris motu tremulo prouenit; ita, e contrario, obtusus, a tardiore earundem motu ei: glottidis ampliatione dependet. Et prout haec etiam suis haud destituta est gradibus, ita maximam dilatationem comitur tonus maxime obtusus. Sed in edenda voce obtusa sufficiens quoque requiritur aëris quantitas, ad latera canalis percutienda et agitanda; alias aér exit, non sonus. Nam in puerō, qui vocem obtusam edere tentat, maxima haec dilatatio ausest aëris ad latera asperae arteriae et glottidis allisionem, ob minorem aëris egredientis quantitatem, et ipse sonus deletur et extinguitur. Obtusa vox aequa muscularis est accepta referenda, ac acuta; et eadem probabilitas hic locum habere videtur, quod, quo maior glottidis est dilatatio, eo plures musculi dilatatores agant, et, quod in maxima dilatatione, quae cuiilibet individuo possibilis est, omnes actionem perficiant.

## §. XLVIII.

In ipso actu formationis vocis notabilis in trachea deprehenditur mutatio: nam in voce gravi, illa breuior et latior sit, et in acuta lon-

longior atque angustior. Hanc tracheae mutationem, quoad capacitatem atque longitudinem, absolvit larynx, qui, quando cum bicorni osse deorsum trahitur, id quod maxime in oscitatione intueri licet, tracheam simul breuiores reddit et ampliores; quando vero sursum ducitur, illam allongat et simul coarctat. Laryngem vero deprimunt, et latiorem reddunt, musculi sternothyroidei, cricothyroidei et hyothyroidei a) (§. XVI.). Dum vero os hyoides, ob nemum rerum, simul desertur, hanc mutationem praestant sternohyoidei et homohyoidei, sive vulgo coracohyoidei, inconcinne tamen ita dicti: Prior modo a sterno et clavicula simul, modo a sola clavicula, nonnunquam a solo sterno, nonnunquam a prima costa oriuntur, et mediae inferiori orae baseos ossis bicornis inferuntur. In parte eorum postica fere semper obseruantur inscriptiones tendineae, modo rectae, modo obliquae b), quas saepenumero vidi. Profunde quidem penetrant, nunquam tamen usque ad sedem anteriorem. Ultimi a posteriori sede costae superioris scapulae, fere in eius medio, initium sumunt, inter sternocleidomastoideum et venam iugularem internam oblique serpent, in tendinem abeunt, et iterum carnosí fiunt, et ad ossis hyoidis basin et cornu, iuxta stylohyoideos, deferuntur, cum quibus etiam per quasdam fibras cohaerent. Laryngis vero et ossis hyoidis adscensum adiuuant 1) musculi digastrici, qui ex sulco, sub processu mastoideo ossis temporum oriuntur, et tendine suo medio musculos stylohyoideos saepe perforant, per annulum membranaceum ossi hyoidi iunguntur, et priori suo corpore ad internam menti

synchon-

a) Conf. WALTHERI diss. de oscitatione 1738. §. 4. p. 9.

b) MORGAGN. adu. I. T. II. fig. I. n. n.

synchondrosin pertinent. 2) *Mylohyoidei*, a basi maxillae inferioris ad anteriorem et superiorem sedem ossis hyoidis producunt. 3) *Geniohyoidei*, supra biuentes iuxta maxillae inferioris synchondrosin, in media menti parte, oriuntur, et in basi ossis bicornis desinunt. 4) *Stylohyoidei*, ab anteriori et inferiori processus styliformis margine ad cornua et basin ossis hyoidis terminantur. Tandem *hyothyroidei*, (§. XVI.) cartilaginem scutiformem ad os bicornē adducunt, et *cri-*  
*cotohyoidei*, (§. cit. 3.) cartilaginem annularem ad scutiformem. Nec mirum esse debet, hos musculos reciprocum motum subire, si quidem nostra aetate inter omnes constat, cunctos sere corporis musculos virumque perficere posse. Nominati hi musculi omnes, os hyoides cum larynge attollentes, ita suum momentum ad vocis formationem conserunt, ut, epiglottidem inclinando, spatium, quod inter illam atque ostium laryngis magnum interest, minuant et anfam praebeant, ut aer per angustias exeat, hinc eius celeritate aucta, sonus producatur acutior. Notandum porro, laryngem ad certum et determinatum interuallum nonnisi adscendere et descendere, quod circa dimidiū pollicis est in octaua: ita larynx, intra quatuor octauas, spatium absolvit, quod duobus digitis proxime aquale est. Duo digiti 24. lineas comprehendunt; quaelibet linea 9. haber partículas; ergo totum spatium 216. partículas complectitur et singulare est aquale  $\frac{1}{2}$  parti lineae.

### §. XLIX.

Dicta laryngis cum adnexa trachea mutatione (§. XLVIII.) aliud mutationis est causa, quae in interno oris freto atque narium cavaitate contingit. Hoc quidem ita fit, ut, si larynx deprimitur, cavitatis

oris interna atque narium prolongetur, et contra abbrevietur, si larynx iterum attollitur.<sup>p</sup> Utramque cavitatem nominabimus cum RA  
BRICIO d) canalem superiorem. Certum est, dictum canalem nihil quidem in ipsa vōcis formatione praestare, sed tamen gratiorē et amoenorem illam reddere. Erenim laesae partes faucium ac narium, mala palati conformatio, vuula erosa aut deficiens, quale quid in morbo gallico adcidit, polypus ex nārium hiato intra fauces propendens, grauedo, coryza, musculorum dicti canalis inflammatiō, vocem deturpant non duntaxat, sed etiam labefactant.<sup>ad</sup> Quando vox grauis emittitur, tunc labia et buccae exterius porrigitur, quasi tubulum efficientes. In acuta voce iterum retrahuntur et cavitatem suam constringunt. In ranis praeſertim hoc admiratu dignum est, quae prae aliis animantibus, pro corporis magnitudine, grauissimam reddunt vocem. Rimula quidem iis est angustissima et canalis superior breuissimus, nihilominus tamen ob amplissimam faucium cavitatem grauissimam vocem efferunt. Hinc est, quod id genus ranarum, quae multo grauiorem vocem emitunt, prope aures vtrinque foramen obtinent membrana tenui et laxissima obductum, per quod in exspiratione aer egrediens membranam exterius impulsam ab vtraque parte inflat, am pullam veluti faciens, ut ex maiori facta cavitate grauior vox subseq<sup>u</sup>atur e).

## L. 2

29. In hī obliuī sōnūt mīrūt. §. L.

Canalis superioris (§. XLIX.) coarctatio et productio, vocem grauem et acutam elegantiorem reddunt, non aliam ob causam, quam  
d) P. III. C. XI.

e) id. l. c.

velocitatem aëris vel augendo, vel imminuendo, et sonum exspiratione iamiam formatum huc illuc reflectendo, qua re aëris vibrationes non exiguum augmentum capiunt. Nam omnes ac singulæ partes canalis superioris aëri per glottidem egresso obstaculum ponunt, in quod incurrit et iterum regreditur; hinc eodem modo sonus augetur, ac in tubis loquutoriis et acusticis contingit: siquidem motus tremuli, cursibus et recursibus, noua subinde per aëris vndas incrementa capiunt. Hanc canalis resonantiam DODARTVS optime probat per instrumentum, Cremibalum nominatum. On connoit, inquit, le resonnement de la bouche par une experience moins forte, à la vérité, mais plus vulgaire. C'est celle de ce petit instrument, nommé Trompe à laquais où Trompe de Béarn: car si le tenant d'une main, on bat de l'autre le ressort qui fait tout le son de cet instrument entre ses dents, des qu'on batira le ressort avec la main, il produira dans la bouche un bourdonnement sonnant qui se fait entendre d'assez loin et four tout les tons les plus bas f). Narium cauitas ad vocis elegantiam plus consert, quam oris cauitas. His enim viscidio sero obsessis, quod aëri per illam cauitatem exitum impedit, quam ingratia vox? Sed si, clauso ore, aëris per narium cauitatem transprimitur, elegantia vocis parum vel plane non perueritur.

## §. LI.

Quando maior particularum aërearum quantitas sese simul et primo momento expandit, sonus fit fortis. (§. XXXVII.) Maior particularum aërearum expansio maiorem inuoluit compressionem. (per exp. phys.) Quicquid igitur celerrime et fortius aërem egredientem comprimit, illud sonum fortis producere aptum est. Sola vero aëris

f) I. c. p. 569.

ris compressio sonum non effingit, nisi fortior eiusdem elisio, et conatus, sonum producendi, adcedat. Vtrumque a valida thoracis et abdominis compressione (§. XLII.) et cartilaginum tracheae, eiusque ligamentorum (§. XI.) constrictione obtinetur. Quum itaque, ad sonum fortem edendum, valida aëris compressio et elisio requiritur; haec vero nonnisi a magna aëris quantitate obtinetur; sequitur, ut infantes, qui ob paruitatem cavitatis pectoris, pulmonum, asperae arteriae atque laryngis, non multum aëris inspirant, non multum quoque reddere et emittere queant. Quo spatiösior pectoris cavitas, et quo amplior aspera arteria et larynx, eo fortior poterit edi sonus. Hinc non solum adultiores homines, sed etiam animalia bruta, quibus et cavitas pectoris spatioſa, et aspera arteria ampla est, qualēm, inter volatilia, anseres habent et cygni, et inter quadrupedia, leones atque boues, fortem praestare sonum valent. Debilis a cauſis producitur contrariis.

## §. LII.

At enim vero, non omnis soni productio et modificatio, per hactenus dicta absolvitur. Ligamenta glottidis (§. XI.) pro diuersa tensione, relaxatione, longitudine, breuitate, crassitie, teneritudine, multum etiam valent in his rebus. Si quando glottis (§. XIII.) per suos musculos dilatatur aut constringitur; (§. XV.) ligamenta glottidis aut a se inuicem magis recedunt, aut ad se proprius adcedunt. In priori casu relaxantur; in posteriori tenduntur. Sicut autem chordae musicae, pro diuersa tensione, longitudine, crassitie et soliditate, alios producunt tonos: ita chordae glottidis easdem leges sequuntur. Attamen diuersitas quaedam inter chordas glottidis et instrumentorum musicorum, quae in eo consistit, ut harum vibratiōnes,

tones, post ictum, adhuc durent, illarum vero tremores, statim post ictum, cessent: in qua re cum lyiae conuenient fidibus.

### §. LIII.

**ANTONIVS FERREIN** primus fuit, qui ante aliquot annos per experimenta probauit, vocem nonnisi a solo motu tremulo chordarum glottidis deducendam esse. Talia vero experimenta hanc ob causam instituit <sup>g)</sup>:

1) Si quis in abscissam tracheam sufflat, et alias cartilagini guttales retrorsum trahit, sonus existit intra laryngem, siue sit ex homine desumptus, siue ex quadrupede.

2) Larynx quadrupedis eundem tonum edit, qui animali fuit solennis et naturalis: vox latrans est in canum, rugiens in boum larynge.

3) Ligamenta glottidis isto tempore (1) tremescunt sensibiliter, et eorum vibrationes vibrationibus chordarum clavichordii aut pandurae vtrunque similes sunt et aequales.

4) Ligamentis tremiscentibus digito aut minori forcipe compressis, vibrationes statim cessant, et sonus eodem momento extinguitur.

5) Si pars ligamenti comprimitur, et reliqua portio, inflatione aeris, in motum tremulum deducitur, sonus prodit acutior, ac is erat, qui a roto ligamento tremente proueniebat.

6) Si portiones compressae sunt inaequales, vnius portionis sonus supra octauam ascendit, alterius vero sonus descendit.

7) Si in medio comprimitur ligamentum, octaua prodit soni.  
(§. XLII.)

8) Vi-

<sup>g)</sup> vid. Mem. de l' Acad. des Sc. de Paris 1741. p. 409. sequ. et Histoire de la même année p. 54.

8) Vibrations ligamentorum, in productione quintae aut octavae, sunt celeriores: incrementum quoque sensibile capiunt in sano fortiori.

9) Si, aere inflato, vnum ex ligamentis, sive dextrum, sive sinistrum, in tota sua longitudine firmatur; alterum liberum sensibiliiter incipit tremiscere.

10) Si ligamentum sinistrum totum et dimidia pars dextri simul firmantur: reliqua dimidia pars dextri libera sensibiliiter tremit, et octauam edit soni, quem totum tremiscens alias exhibet. Si dextri ligamenti tertia pars tenetur, prodit quinta soni. (§. XLI.)

11) Si totum ligamentum sinistrum, et dimidium dextrum, uno tempore simul in tremorem deducuntur; hoc octauam superiorem, illud inferiorem producit b).

#### §. LIV.

Horum experimentorum robore adductus Cl. FERRIN credidit, organon vocis esse instrumentum chordarum et instrumentum pneumaticum simul vno tempore. Eius sententiam fortiter defendit Cl. MONTAGNAT i) et optimo cum successu haec experimenta coram Facultate Medica Remensi repetuit et adhuc plura addidit. Vtriusque et FERRINI et MONTAGNATI sententiae vero sese opposuit anonymous Gallus, et varia in medium protulit argumenta et experimenta, quibus nouum sistema destruere annis est k). Licet eius dubia brevibus commemorare:

i) Eae omissiones diligenter videntur habentes rationem.

k) Hoc experimentum omnium est subtilissimum, et larynx porcinus requiritur, si succedere debet, ob ligamenta longiora et breviora.

i) in Thesis: An vox humana a sonoris fidibus, plectro pneumatico motis, oriatur. Remis, 1744.

k) Lettre a. M. D. sur le nouveau Systeme de la voix. 1745. 12.

- 1) Eae chordae nonnisi sonant, quae vbiique liberae sunt; ast ligamenta glottidis membrana sunt obducta, et cum musculo combinatoria; E. non sunt libera; E. non possunt sonare.
- 2) Chordae musicae, sanguia imputatae, nullum fere reddunt sonum. Atqui chordae glottidis sanguia sunt imbutae; E. nullum fere reddunt sonum.
- 3) Chorda musicalis, quae eandem habet cum chorda glottidis longitudinem, nullas fere vibrationes subit, nec sonum edit. E. chorda glottidis etiam nullas subire potest vibrationes.
- 4) Glottis auium loquentium est ossea, et ad tremores inepta; nihilominus tamen vocem edunt: Ergo sonus non prouenit a vibrationibus chordarum glottidis.
- 5) Aer per labia oris compressus et elitus, diuersos tonos producit; quidni etiam in glottide?
- 6) Si glottis artificialis ex plumbio aut ex charta densiori conglutinata confecta, glottidi humanae applicatur: haec sonum quidem edit, sed nullae vibrationes in ea percipiuntur; Ergo sonus non dependet a vibrationibus chordarum glottidis.
- 7) Si abbreviatio aut compressio chordarum glottidis, in diversis punctis, diuersos tonos producit; (§. LIII. 11.) sequitur, ut si altera chorda libera, altera vero in medio premitur, duae octauae simul percipiuntur, nempe inferior a chorda libera, superior a chorda in medio fixa. Sed auditus non nisi superiore percipit, minime vero inferiorem. Ergo experimentum est falsum, et nulla comparatio locum habet.

Haec dubia, quae et a ratione et ab experientia desumit anonymous, maximam partem sunt falsa (n. 1. 2. 3. 4.) Sextum lubrico admodum

modum stat tali, quintum vero et septimum multum valent. Quae omnia in duobus peculiaribus scriptis remouere et diluere Cl. MONTAGNAT sibi sumvit<sup>1)</sup>.

## §. LV.

Duae chordae, eiusdem longitudinis, soliditatis et aequalis tensionis, eandem celeritatem vibrationum in particulis aëreis producunt. Ligamenta glottidis sunt duae chordae, eiusdem longitudinis, soliditatis et tensionis; ergo eandem celeritatem vibrationum in particulis aëreis producunt; ergo utraque eundem simul dant tonum.

## §. LVI.

Chordae, quo breuiores sunt, eo maiorem celeritatem aëri imprimunt, et eo minus est tempus singularum vibrationum. Chordae glottidis sunt eo breuiores, quo propius ad mutuum contactum perueniunt; E. eo maiorem celeritatem tunc temporis aëri imprimunt, et eo minus est tempus singularum vibrationum. Quo tensior est chorda, eo acutior reddit sonum. (§. XL.) Chordae glottidis eo tensiores sunt, quo magis ad se inuicem adcedunt. Ergo tunc sonus redditur acutior. Quo laxior est chorda, eo maius est tempus singularum vibrationum, et eo obtusior sonus. (§. cit.) Chordae glottidis, quo magis a se inuicem recedunt, eo laxiores sunt. E. eo maius est tempus singularum vibrationum, et eo obtusior sonus.

## L VII.

1) 1) Lettre à M. l'Abbé D. F. ou réponse à la critique que fait M. BURLON du sentiment de M. F. sur la formation de la Voix humaine. Par M. MONTAGNAT. à Paris, 1745. 2) Eclaircissements en forme de lettre à M. BRÉTIN sur la découverte que M. FERREIN a faite du mécanisme de la Voix de l'homme, ou refutation d'une brochure qui a pour titre : Lettre sur le nouveau système de la Voix. Par MONTAGNAT, à Paris, 1746.

## §. LVII.

Chordae glottidis eandem habent crassitatem et soliditatem. Si chordis eadem est crassitas et soliditas; omnis tonorum diuersitas a diuersa earum longitudine et tensione dependet. (§. XXXVI.) E. diuersitas tonorum a diuersa chordarum glottidis longitudine et tensione dependeat, necesse est.

## §. LVIII.

Cum corda crassa maiorem habet molem et difficulter in motum tremulum deduci potest; (§. XLI.) consequens est, ut sonum nonnisi obtusum edere valeat. (§. XXXVI.) In corpore animali fibrae chordarum crassities cum progressu aetatis augetur; E. fibrae chordarum glottidis in senio admodum crassescunt; E. senes sonum grauem efferre oportet.

## §. LIX.

Ex haec tenus dictis sequentia consecutaria eruuntur:

- 1) Vox humana est sonus expiratione formatus et a motu tremulo aeris et chordarum glottidis simul productus.
- 2) Sonus acutus dependet ab angustia glottidis, et a sortioni et celeriori chordarum tensione.
- 3) Sonus obtusus ab ampliata glottide et chordarum relaxatione.
- 4) Organon ergo vocis humanae est ex organo pneumatico et chordarum compositum.
- 5) Organo vocis nullum est simile instrumentum musicum.

Sapientissimum et summum artificem igitur humillime venerari oportet, qui solus tale organum, quod ob exititatem eo magis admirandum est, effingere potuit. Cui etiam, pro viribus clementissime concessis, sit laus, honor, atque gloria in aeternum.

T A N T V M .

II.

DE

INCREMENTO PONDERIS  
CORPORVM QVORVNDAM  
IGNE CALCINATORVM

PROLVSIO  
ORATIONI, QVA MVNVS MEDICINAM  
PVBLICE DOCENDI  
IN ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA  
ADII, PRAEMISSA  
D. XVIL NOVEMBR. cIcclil.

11

go

ICNE CACTINATORVM  
CORPORVM QVORUMDAM  
INTERMINTO PONDERT



### §. I.

**E**xtra omnem dubitationis aleam positum esse dicunt, dari quaedam corpora, quae, carbonum igne vel solaribus radiis per specula caustica collectis calcinata, maius pondus absolutum acquirant, ac ante calcinationem habuerint.

### §. II.

Quod plumbi pondus calcinatione increbat, ita, ut centum eius librae decem librarum augmentum inde capiant, nullus plane est, qui hanc rem, quotidianis fere metallurgorum laboribus confirmatam, in dubium vocare audeat <sup>a)</sup>). Et quod idem argento, cupro, stanno, ferro, antimonio, regulo eiusdem, zinco, coralliis, calci viuae, quin ipsis catinis docimasticis in vehementi igne detentis, et pluribus mineralibus mixtis contingat, multi insuper sunt, qui experimentis aliquorum inducti, firmiter hoc sibi persuasum habent.

### §. III.

Primus, quem scio argumentum hocce pertractasse, BOYLEVS est: quem, nisi forsitan antecessere, tamen eodem fere tempore et GLAVBERVS ET CASATVS secuti sunt. Praeter hos vero alii deinde

in

<sup>a)</sup> vid. MACQVER Elementa de Chimie Pratique Tom. I. p. 307.

in chemica arte multum exercitati viri, eadem corpora partim igni exposuerunt, et ponderosiora fieri perhibuerunt. Id quod KVNKE-LIVS, DV CLOS, BOVL DVCCIVS, LEMERY, GEOFFROY, FREIND, HOMBERGIVS, GMELINVS, HELLOT atque SECONDAT fecerunt. Horum virorum praecipua tentamina nosse praefat, tum ut postea illa inuicem comparare possumus, tum ut constet, quantum sit ponderis augmentum, quod singula corpora calcinatione adsumserint, et quale pretium vniuersae rei statuendum sit.

## §. IV.

*Argenti* puri frustulum, quod 58. *grana* ponderabat, crucibulo BOYLEVS immisit, illudque huic ita firmauit, ut crucibulum inuertere potuerit. Inuersum hoc alii latiori, sulphure communi replete, adaptauit, ita quidem, ut flamma tantum, non autem sulphur, argentum attingeret. Flammae vero exitus per foramen in fundo inuersi crucibili datus est. Frustum argenti post sesquihoram ex crucibulo exemtum, et lance exploratum, ad 65  $\frac{1}{4}$  *grana* pondere accresuisse visum est b).

## §. V.

Idem BOYLEVS *Cuprum* tractauit.

1) Cupream laminam duas drachmas et 25 *grana* ponderantem, modo antecedenti simili, sulphuris flammea commisit per bihorium, hanceque lance postea examinatam, *dimidia drachma* et duobus fere *granis* ponderosiorem deprehendit c).

2) Alio

b) vid. New Experiments to make fire and flame stable and ponderable, in the Works of the honourable Rob. BOYLE, edit. Lond. 1744. fol. Vol. III. Exper. II. p. 341.

c) l. c. Exper. I. p. 841.

2) Alio modo *vnciam* ramentorum cupri, crucibulo depresso immisam, furno docimastico per tres horas tradidit, illamque 40 *grana* supra *vnciam* grauiorem factam esse animaduertit d).

3) Sed mirum! eodem experimento cum *vncia* laminarum cupri instituto, hae nonnisi 30 *grana* supra *vnciam* dedere e).

4) *Vnicae* duae cupri, binis crucibus mutuo sibi commissis et luto munitis inclusae, postquam per sesquihorae spatium forti igni expositae fuerunt, 8 *grana* super pristinum pondus acquisuerunt f).

5) *Vncia* autem lamellarum cupri dicto modo per tres horas in igne detenta, 21 *granis* aucta fuit g).

6) *Calcis* denique cupri *fescuncia* sub experim. 4. enatae, secunda vice ignis flammae commissa, 10 adhuc *grana* recuperauit h).

## §. VI.

Nec minus cum *Stanno* experimenta fecit BOYLEVS; quorum praincipia haec sunt :

1) *Vncia* stanni anglici sub tegula fornicate in catino probatorio per duas horas posita, augmentum ponderis integrac *drachmae* obtinuit.

2) *Duae vniciae* in vase clauso calcinatae, nonnisi 6 *granorum* incrementum sumserunt k).

3) *Duae*

d) I. c. Exper. IV. p. 343.

e) I. c. Exper. III. p. 342.

f) ib. Exper. XV. p. 345.

g) ib. Exper. XVI.

h) ib. Exper. XXI. p. 346.

i) I. c. Exper. VI. p. 343.

k) I. c. Exper. XV. p. 345.

3) *Duae unciae rafraue stanni, in retorta sigillata carbonibus ardentibus per sesquihoram impositae, 12 granorum pondere increuerunt l).*

4) *Uncia vna calcis vero, catino iterum immissa et calcinata, 95 granorum pondus lucrata est m).*

### §. VII.

Eodem cum metallo (§. VL) variisque eius speciebus laboriosus GEOFFROY sequentia fecit tentamina :

1) *Unciae duae stanni virginei duodecim calcinationes per pessae, 2 drachmis et 57 granis fuerunt auctae n):*

2) *Totidem unciae stanni alterius impurioris duodecies calcinatae, 2 drachmis et 59 granis increuere o):*

3) *Totidem unciae stanni Brencas pondus 3 drachmarum et 48 granorum insuper dederunt p).*

4) *Totidem unciae stanni ex Malacca augmentum 3 drachmarum cum 12 granis lucratæ sunt q).*

5) *Et totidem denique unciae stanni alterius pristinum pondus 2 drachmis et 40 granis superauerunt r).*

### §. VIII.

*Chalybis limaturae iam iam in calcem redactæ unciae binæ, catino probatorio denuo impositæ et per biborium igni commissæ, augmen-*

l) ib. Exper. V. p. 348.

m) ib. Exper. XIX. p. 346.

n) Mem. de l' Acad. des Sc. de Par. année 1733. p. 118. edit. Paris.

o) ibid. p. 116.

p) ib. p. 121.

q) ib. p. 122.

r) ib. p. 120.

augmentum 2 drachmarum et 22 granorum, BOYLEO teste, adsumserunt s).

2) Dictae limaturaе nondum calcinatae *vncia*, duobus crucibulis inclusa et per binas horas vista, 5 granorum pondus lucrata est t).

3) Iterum *vncia* limaturaе, simili modo in igne forti per sesquihoram detenta, pondere 6 granorum aucta est u).

4) *Dimidia* tandem limaturaе *vncia* catino sub tegula fornacata imposita, intra duas horas 1 drachmam cum 6 granis et quadrante, supra pristinum pondus acquisuit w).

### S. IX.

*Antimonium* in puluerem redactum, in vase siciliи vitreato, radiis solaribus DV CLOS expositus atque speculi ystoriа ope accedit. Puluis velut in cineres redactus post integrum horam decima pristini ponderis parte auctus est. Experimentum repetitum fuit, et puluis eo grauior evasit, quo tenuior fuerat x).

2) KVNKELVs testatur, antimonii libram calcinatione paulatim tribus sere vniuersitate factam esse, deinde vero pristinum pondus recuperasse, tandemque ultra *vnciam* pondere adhuc increuisse y).

3) Cel. GMELINVS, qui mihi amicissimus est, in diario ma-

s) ib. Exper. XX. p. 346.

t) ib. Exper. XIV. p. 344.

u) ib. Exper. cit. pag. cit.

w) ib. Exper. IX. p. 343.

x) vid. Io. Franc. DV HAMEL Histor. Reg. Sc. Acad. L. I. Seft. II. Cap. I. p. 14. edit. Lips. Cui augmento etiam BECCHERVS fidem habet Phys. tuberran. p. 449.

y) Laborat. Chymic. P. III. C. XXXIV. p. 455.

z) Comment. Acad. Petrop. Tom. V. p. 266. §. 5. Yedius.

nuscripto regis cuiusdam laboratorii configuratum repetit, antimonii *vnicam* per aliquot dies speculo caustico calcinatam, *vnius scrupuli* incrementum obtinuisse *z*).

§. X.

*Reguli simplicis* antimonii *libra* in tenuissimum puluerem tria, et ope speculi vitrioli in calcem redacta, post horam *decima* parte pristini ponderis; ad ignem autem in cochleari ferreo calcinata, *octaua* tantum grautor facta est *a*).

*a)* Eiusdem reguli *libra*, calcinatione *vnciae* aliquando pondere aucta est *b*).

*b)* *Vncis quatuor* per sesquihoram liquatis, *vnius drachmae* pondus accessit *c*).

De martiali regulo testatur HOMBERGIVS, quod *quatuor* eius *vnciae* lentis foco expositae, *vnius horae* spatio *trium drachmarum* cum aliquot granis augmentum sumserint *d*).

*d)* Quod *vncia* eius *vna*, carbonum igne calcinata, *4 scrupulis* aucta fuerit, laudatus GMBLINVS in citato inuenit diario *e*).

*e)* Et quod *quatuor* eius *vnciae* ultra biorum in igne calciniae, postea *vnam drachmam* et *6 grana* supra pristinum pondus lustratae sunt, DE SECONDAT perhibet *f*).

§. XII.

*a)* Ita habet DV CLOS i. c.

*b)* Ita KVNLKELIVS refert in Chimisch. Tractatl. p. 49. cf. quoque ei. Laborat. Chymic. P. III. C. XXXIV. p. 473. et G. E. STAHLII Exper. et Obs. phys. chem. p. 347.

*c)* Ita FREINDIVS expertus est. Prael. Chem. p. 15. edit. Amstel. a. 1719.

*d)* Mem. de l' Acad. des Sc. de Par. Ann. 1705. p. 424.

*e)* I. c.

*f)* Vid. ei. Observations de Phys. et d' Hist. natur. p. 119.

## §. XII.

**O**NIV. Cum Zinco et BOYLEVS et HELLOT tentamina in igne insti-  
tuerunt. Ille drachmam vnam ramentorum huius substantiae semi-  
metallicaæ, spatio trium horarum in docimastico furno calcinavit, et  
sex grana supra pristinum pondus accepit g). Hic quatuor libras in  
calcem conuertit, et peracta calcinatione 3 libras ac 14 uncias calcis  
albissimæ, 2 uncias et 2 drachmas fuscae, grossioris, et unciam  
vnam terrae obtinuit. Sic quaelibet Zinci libra pondere binarum  
drachmarum et dimidiae aucta est b).

## §. XIII.

**Q**uod *corallia rubra*, in igne detenta, maius pondus adipi-  
scantur, tam BOYLEVS, quam BOERHAAVIUS adserunt. Cum ille  
drachmas duas in vase hermetice sigillato prunis candardibus impo-  
suerit, hæc pondere 3 granorum cum dimidio acreuerunt i). Hic,  
quamvis ipse rem tentasse non videatur, nihilominus adseriat, quod  
in istis, ingenti et diuturno igne calcinatis, ponderis augmentum de-  
prehendatur k).

## §. XIV.

**Q**uod *calx viua*, noua calcinatione, pondere non contemnen-  
do augeatur, CASATVS habet. Massula enim duas drachmas pen-  
dens, igni vehementer in catino exposita, duarum horarum spatio 29  
grana in pondere acquisuisse dicitur l).

## §. XV.

g) I. c. Exper. XI. p. 344.

b) Mem. de l' Acad. des Sc. de Par. année 1738. p. 17.

i) I. c. Exper. VIII. p. 349.

k) Elem. Chem. P. I. p. 896, edit. L. B.

l) Diss. phys. de Igne p. 61. edit. Frf. et Lipsi. 1688.

## §. XV.

De *catinis* denique *docimasticis* idem *CASATVS* cum *BOYLEO* adfirmat, quod in igne grauiores fiant. *Catinus* enim *duas drachmas* pendens, *BOYLEO* teste, post calcinationem aliquot *grana* lu-  
cratus est *m*). Et alter similiter catinos recenter exsiccatos, ad duas horas igni permisso, candentes extractos, et lance statim exploratos, pondere auctos fuisse perhibet *n*).

## §. XVI.

Cum *mixtis mineralibus* varia quoque a variis hanc ob rem sa-  
eta sunt tentamina. Lubet ea tantum enarrare, quae *GEOFFROY* in-  
stituit:

- 1) *Stanni virginei* 12 drachmas cum dimidia, *plumbi* 2 drach-  
mas cum dimidia admisit; huius mixti vnciam duodecies calcinavit,  
et hanc deinde 31 *granis* ponderosiorum deprehendit *o*).
- 2) Totidem drachmas *Zinci*, *plumbi* loco, cum drachmis 12  
et dimidia *stanni* miscuit, et huius mixti vnciam duodecies calcina-  
tam 64 *granis* pondere auctam obseruauit *p*).
- 3) Mixtum ex totidem drachmis *Bismuthi* atque *stanni* simili  
modo calcinavit, illudque postea 52 *granorum* pondere auctum in-  
uenit *q*).
- 4) Tandem mixtum ex totidem drachmis *reguli antimonii* at-  
que

*m*) l. c. Exper. VIII. p. 343.

*n*) l. c. p. c.

*o*) Mem. de l' Acad. des Sc. de Par. ann. 1738. p. 123. Miratur *GEOFFROY*, quod haec calx composita tam parum pondere increuerit, cum vncia *stanni* iuxta §. VII. supra sesquidrachmam aucta fuerit.

*p*) l. c. p. 124.

*q*) ib. p. 126.

que *stanni* in calcem redegit, hocque *drachmae* *vnus* et *6 granorum* pondere maius deprehendit <sup>1)</sup>.

### §. XVII.

Experimenta haec (§. IV-XV.) eum non nisi in finem a me prolati sunt, ut clare appareat, qualia corpora imprimis sint, quorum pondus calcinatione augeri dicatur; et quanam ratione ac proportione augmentum suum ista adipiscantur. Quodsi vero horum eventus probe penitus inter se conferantur, nulli non ubique, ut opinor, ultro elucescer, quod idem corpus, eodem modo et eadem quantitate calcinatum, nunquam aequali pondere auctum fuerit. Haec autem circumstantia non leue dubium de ipsa rei veritate in animo excitare valet. Et id ipsum porro haud parum fortassis augebitur, si per experimenta, tam aliena, quam propria, contrarium prorsus demonstrauero.

### §. XVIII.

Ab aliis autem facta tentamina, quae corpora mineralia decrementum potius ponderis, quam incrementum in igne pati, probant, sequentia potissimum adduci merentur :

1) *BOULDVCIVS* primum animaduertit, quod *antimonii octo unciae*, in vase scitili carbonum igne lente calcinatae, pristino pondere decreuerint, et ad *six uncias* et *septem drachmas* fere redactae fuerint <sup>2)</sup>. Et aequalem propemodum decrementi proportionem

GME-

<sup>1)</sup> p. cit.

<sup>2)</sup> Hist. Acad. Reg. Scient. L. V. P. II. Sect. I. C. IV. §. 1. Hoc *Boulducii* experimentum iam *Dubamelio* dubium de veritate incrementi ponderis aliquorum corporum per calcinationem excitatuit. Is enim, vbi supra citata experimenta a *Du Clos* facta (§. IX. 1.) res-

GMELINVS obseruauit, cum in vase ferreo calcinationem persiceret. Nunquam enim ipsi visum est, quod ad pristinum pondus antimonium redierit, vti KVNKELVIS adsegerunt (§. IX. 2.); multo minus, quod ponderosius illud deinceps redditum fuerit. Addit quoque, quod in supra memorato diario consignatum inuenierit, *uncias duas antimonii ad tredecim drachmas cum semisse intra decem dies fuisse redatas; et alio tempore unciam unam, carbonum igne calcinatam, duas drachmas perdidisse* (t).

2) De nobilioribus metallis, *auro nempe et argento*, exatissimus HOMBERRIVS testatus est, quod speculo cautico admisso multum pondere decreuerint u).

3) Atque idem in *ignobilioribus metallis* a GEOFROY obseruatum est, quum speculo vistorio illa exposuerit. De *cupro* enim aperte pronuntiat, quod pondus eius multum diminutum fuerit. *Le cuivre*, inquit, *expose long temps au foyer sur le grez ou sur la couelle, fume beaucoup et diminue de poids très considérablement* (v). Et quamquam de reliquis ignobilioribus metallis non dicat, vtrum intra calcinandum pondere increverint; exinde tamen merito conclu-

censet. *Hæc aeriore*, inquit, *egent examine, num pondus bis mineralibus accedat ab ipso vase ferreo, aut cupreō, quod adieci sales excedunt. Nam Dominus Boulduc nuper in Academia testatus est, antimonium crudum in vase fictili calcinatum pondere immunitum fuisse.* vid. el. Hist. Acad. L. I. C. II. §. 15.

4) Comment Acad. Petrop. T. V. p. 264. et 265. Ex hisce experimentis cum Boulducciano iunctim consideratis, hoc satis dilucide apparet, quod ignis gradus diversus non muter phænomeni eventum. Antimonium enim in igne semper aliquantum ponderis amisit, siue minorem, siue fortiorum eius vim sustinuerit.

v) Vid. Mem. de l' Acad. des Sc. de Par, année 1709. p. 110.

w) Memoir. de l'année 1709. p. 171.

di posse censemus, quod, nisi decreuerint, ad minimum nihil augmenti istis accesserit. Id enim si accidisset, profecto ab ipso, fuisse animaduersum. Sed quod haec in igne nullum augmentum capiant, praeter plumbum, nostra experimenta tandem declarabunt.

4) In communis flanno, alio tempore, modo laudatus GEORGES FROY similiter decrementum, post perfectam calcinationem, obseruavit. Cum enim duas uncias in calcem, ignis ope, conuerterat, quindecim postea granorum decrementum pondere se animaduertisse scribit <sup>et ob omnes</sup> x).

5) De lapide calcario RIBARDVS certiore reddidit DV HAMILIVM iuniorem, quod, cum eius diuersa magna frusta post vehementem calcinationem ponderauerit, singulam libram frusti, pondere 8 unciarum, 5 drachmarum, et 24 granorum leuorem comprehendisset y).

6) Quod denique et catinus dicimaticus, quamvis vehementissimo igni commissus, nullum amplius pondus super pristinum luceretur, contra BOYLEVM et CASATVM (§. XV.) KVNKELVUS restatus est z).

### S. XIX.

Ecquis itaque nunc erit, quem miratio non subeat, quod eadem corpora, quae ab aliis maius pondus intra calcinandum lucerata esse dicuntur, (§. IV.-XV.) ab aliis e contrario leuiora pondere facta visa sint (§. XVIII.)? Quorum itaque experimentis potior fides habenda

<sup>x)</sup> Memoir. de l'année 1738. p. 120. Mirum hoc est, cum aliae huius metalli species, eodem modo in igne detentae, augmentum fatis insigne iusi dederint. (§. VII.)

<sup>y)</sup> Mem. de l'année 1747. p. 62.

<sup>z)</sup> I. c.

benda sit, multos praeuideo haesitatueros fore: et id quidem non absque ratione. Cum enim impossibile sit, ut vnum idemque corpus hoc tempore maiorem grauitatem in igne nanciscatur, et alio, simili modo tractatum, levius euadat: omnino necesse est, ut vna pars horum experimentorum infida sit atque suspecta. Quaenam vero talis aestimari debent, non meliori procul dubio ratione, quam nouis et studiose factis experimentis confici poterit. Quam ob rem non superutilem laborem suscepisse credidi, quum noua tentamina, vniuersam rem fortassis decisura, multis curis et admodum exacte instituerim et ex parte etiam repetierim.

## §. XX.

Eo magis autem hanc rem noua accurataque indagatione dignam ratus sum, cum constet, quam anxie magna, quin vniuersa potius philosophorum cohors, ad causam *ambigui* huius *phaenomeni* expiscandam, a longo iam iam tempore animum excruciauerit, et quam graues lites super hac re agitauerit. Neminem enim latere posse censco, et quod multi, BOYLEO duce, tam ab igniculorum additamento incrementum ponderis calcium deriuare, quam ipsam ignis particularum grauitatem exinde commonstrarre, conati sint <sup>a)</sup>: et quod ab aliis, duce imprimis RVNRELIO, multa dubia super horum demonstratione mota, aliaque plane explicatio huius phaenomeni data sit; cum hi corpora ob maiorem compressionem et pororum coarctationem, quae ipsis intra calcinationem accideret, absolute grauiorem reddi autemauerint: quemadmodum et plumarum congeries,

<sup>a)</sup> vid. BOYLEI et CASATI Opp. cit. BECCHERI Phys. subterr. L. 1. Sect. V. C. III, p.449. STVRMI Phys. E. pet. T. II; p. 6. MVSCHENBROEK. Phys. p. 999. sequ.

a sola compressione et voluminis imminutione, grauior fieret b). At enim vero, anne irritae erunt censendae hae disceptationes, si forte ipsum phaenomenon ad non entia pertineret, aut in vniico tantum corpore metallico obseruaretur? et anne fortassis quoque iusto praeccocius stabilitum esse videbitur, quod cum augmentatione absolutae grauitatis calcium, decrementum grauitatis specificae coniunctum sit, ita, ut calcinati plumbi grauitas specifica ad aquam sit vt 9 ad 1, quae crudo sit vt 11  $\frac{1}{2}$  ad 1? nec minus cupri calcinati grauitas specifica sit ad dictum liquidum, vt 5  $\frac{1}{4}$  ad 1, quae crudo sit vt 8  $\frac{1}{2}$  ad 1 c)? Anne, quæso, haec stare poterunt, si calces nullum augmentum ponderis lucrarentur? et anne haec experimenta, etiam si vera sint, decrementum grauitatis specificæ recte probarent? anne potius tale decrementum a maiori pororum amplitudine, eorumque per aërem repletione, et minori proinde particularum calcis cohaerentia dependent?

## §. XXL

Quod si etiam res extra omne dubium posita esset, et corpora vere post calcinationem ponderosiora fierent; multa tamen me sane impediunt, quo minus adhaerentibus et immixtis ignis particulis nouum ponderis augmentum adscribam. Multa quidem iam a KVNKE-LIO, NEVMANNO, et aliis contra hanc sententiam, argumenta scio prolata esse; verum etiam non ignoro, quod tanto pondere praedita haud fint, quo minus apte ab ingeniosis viris remoueri queant. Alia, et

b) vid. Laborat. chymic. p. 14. NEVMANNI Chem. T. I. P. III. p. 236. seq. edit. Keffel.

c) vid. FREIND l.c. p. 15.

et fortasse grauiora habeo, huic hypothesi, saluo tamen omnium, quotquot sunt, eius affectiarum respectu, opponenda :

- 1) Si absolute grauitatis calcium augmentum ab igniculis dependet, necesse est, ut quaevis corpora dura, in igne detenta atque calcinata, maius pondus absolutum acquirant. Cum enim ignis corpus est, quod omnibus corporibus mundanis grauitate cedit, sequitur, ut omnibus corporibus adhaereat, adeoque omnia corpora calcinata ponderosiora reddat. Cum vero tale ponderis incrementum nulli corpori in calcem redacto, nisi soli plumbo, familiare sit; sicuti experimenta, summa non modo cura a me adornata, sed etiam repetita, me docuerunt: consequens est, ut ignis vera huius phaenomeni causa neutram haberi possit; sed ut in solo plumbō aliqua circumstantia lateat, quae hocce phaenomenon producit.
- 2) Iuxta leges physicas aeternas, quodlibet corpus tanto maiorem ignis particularum copiam adsumit, quo specifice grauius est. Quodsi itaque a particulis igneis, calcibus adhaerentibus, harum maior grauitas absoluta proficeretur, necesse esset, ut corpora, intra calcinandum, eo maius ponderis incrementum acquirerent, quo specifice grauiora sint. Proinde necesse esset, ut cuprum ponderosius fieret ferro, ferrum stanno, et regulus antimonii ipso grauior redderetur antimonio. An vero experimenta rem ita commonstrant? Nonne e contrario vncia ferri 1 drachmam et 11 grana, vel multo minus adhuc lucrata est (§. VIII.), et cupri vncia nonnisi 49 grana adsumit (§. V.)? Nonne vnciae stanni post calcinationem maius pondus accessit, quam aequali ferri quantitati (§. VI. VII.)? Nonne vncia antimoniī

monit i scrupulum (§. IX. 3.) et reguli eiusdem vncia non nisi 15 grana obtinuit (§. X. 3.)? Nonne fortasse et hanc ob causam, horum experimenta, qui incrementum ponderis in calcinatione obseruare voluerunt, suspecta habenda sunt?

## §. XXII.

Nec me cogere possum, ut KVNKELIO, hanc rem a comprehensione et imminutione pororum deriuanti, calculum meum adiiciam. Plumbum enim, dum grauius sit, maius volumen occupat. Hoc vero causae maxime alienum esse videtur. Sed ad finem me properare iuber et temporis et scriptiunculae ratio. Restat, ut euentum meorum experimentorum exhibeam: id quod breuibus me facere posse censeo, si prius hoc notauero, quod corpora crucibulis immissa, per bihorium, igni modo mitiori, modo vehementiori, exposuerim. Sic vero

- 1) Aliqua corpora pondus pristinum retinuerunt, et nec grano leuiora facta sunt. Huc pertinet
  - α) Stannum.
  - β Cuprum.
  - γ) Orichalcum.
  - δ Calx viua.
  - ε) Cerussa.
- 2) Aliqua pondere, insigniter partim, decreuerunt. Talia sunt
  - α) Limatura martis, cuius 2 vnc. ad 1 vnc. 6 drachm. redactae.
  - β) Bismuthum, a cuius 1 vnc. remansere sesquidrachma et 2 scrupuli.

γ) Re-

- γ) Regulus antimonii simplex, ab vnc. dimid. ad 3 drachm.  
     et 2 scrup. redactus.  
 δ) Regulus antimonii martialis, a cuius 1 vnc. remanescunt 7 drachm. et dimidium.  
 ε) Antimonium, cuius 1 vnc. decrementum passa est 2  $\frac{1}{2}$   
     drachmarum.  
 ζ) Zincum, a cuius 2 vnc. relietae fuere 1 vnc. cum 6  $\frac{1}{2}$   
     drachmis.  
 θ) Lapis calaminaris, cuius 1 vnc. amisit  $\frac{1}{2}$  drachmam.  
     - iudaicus, cuius  $\frac{1}{2}$  vnc. deperdidit 3 drachmas.  
     - lyncis, cuius  $\frac{1}{2}$  vnc. decreuit 1 drachm.  
 η) Corallia rubra, cuius  $\frac{1}{2}$  vnc. pondere 2 drachm. gr. v.  
     imminuta fuit, rubore corundem simul in niueum albo-  
     rem verso.  
 θ) Solum plumbum augmentum ponderis, intra calcinandum,  
     sibi vindicauit, ita, ut *quatuor eius unciae, scrupulum unum*  
     *supra pristinum pondus lucratae sint, et simul duplo maius spa-*  
     *tium occupauerint: cum e contrario illa corpora (n. 1.) quae*  
     *nullum ponderis augmentum sumferunt, pristinum volumen*  
     *retinuere: illa vero, (n. 2.) quae pondere decreuerunt, si-*  
     *mul etiam in minus volumen redacta sunt.*

Indagent nunc hi, qui insigni ingenii facultate possent, huius  
phaenomeni, ad solum plumbum restringendi, causam. Mihi haec  
in praesenti attulisse sufficiat.



III.

D I S P U T A T I O  
D E  
P R A E R O G A T I V A  
V E N A E S E C T I O N I S  
I N  
P A R T I B V S L A B O R A N T I B V S  
M E N S. S E P T E M B R. A. D C C C L V L  
S O L E N N I T E R H A B I T A  
A  
L E B R E C H T O F R I D E R. B E N I A M.  
L E N T I N.

三

СИГИЗУДА

1



### §. I.

Sanguinem incisa vena mitti, non in uno morborum genere proficuum est, neque una de causa necessarium. Si vel copia sui male habet is humor, vel corruptus est, aut saltem spissior factus ex multitudine, in uniuersum iuuare ipsius detractio deprehenditur. Adeoque si vel grauitatem partis aut uniuersi corporis quis perficit, unde copia sanguinis potissimum iudicatur; si naturaliter ferri solitus is humor, vel e naribus, vel e fedis venis, vel ex utero, suppressas fuit aliquamdiu, aut ex incongruo loco, aut copiose nimis effluit; si febris vehemens est; si inflammatio, aut intolerabilis dolor; si nerui resoluti aut nimis distenti sunt; si denique malus corporis habitus, qualem multitudino sanguinis imprimis inducit: in eius missione omnino magnum auxilium est, atque non raro potentissimum a).

### §. II.

Solet in plerisque hominibus, maxime his, qui otiosam vitam ducunt, nec frequenter corpus exercent, et cibi tamen multumingerunt, sanguinis copia increscere, ita, ut non varias tantum molestias ipsis inferat, sed in magnos quoque morbos non raro eos coniiciat.

a) vid. CELSVS de Medicin. L. II. Cap. X. GALENVS L. de curandicatione per sanguinis missione, et L. de multitudine.

ciat. Peccare autem copia sanguinem, tum dicimus, quando eius plus vasis continetur, quam ad quotidianum et necessarium vitae usum proprie requiritur: idemque scimus tam ex memorato illo vitae genero, quam ex grauatio et tensio sensu, vel in singularibus partibus vel in vniuerso corpore; et si quis spiritum difficulter et cum opptione quadam ducit, inter corporis motus in primis, ac incalescenciam. Per se quidem et initio non aliam insignioram noxam abutantia sanguinis inducere consuevit; ubi vero is diutius accumulatus est, et diutius vasis inhaesit, non solum horum vis ex distensione paulatim infirmatur, sed et ipse ille non uno modo corruptitur. Etenim quod in omnibus membranosis corporis partibus contingit, ut ex protracta distensione, quam patiuntur, non nihil de naturali suo tono perdant, et ad actiones suas plus minus ineptae reddantur; id ipsum quoque vasis illis, quae sanguinem vehunt, et nil sunt nisi in tubum conuolutae membranae, accedit. Iam vero ipsorum actio ad vitam et sanitatem adeo necessaria est, ut quomodounque illa labefactata sit, ipsa sanitas periculum incurrat, quod eo grauius, quo magis contractilis vasorum vis debilitata est. Hac autem maxime ratione ex vasorum debilitate sanitas laeditur, quod non ita valide humores conquassari possunt, neque aequaliter satis commoueri: quae res simul efficit, ut isti spissiores reddantur, et ad actiones, tam secretorias, quam excretorias, plus minus ineptae. Ita vero sanitas magis magisque laeditur, et multis morbis, stasibus in primis, opptionibus, inflammationibus, febribus, spasmis, per amplius campus, quorum unicus fons plethora est, aperitur. In hoc statu quidem non infrequenter ipsa natura conatur superflua se ista mole, libero vitalis liquoris progressui contraria, liberare, eamque vel per haemorrhagias immedia-

mediate excurere, vel per motus febriles consumere. Primo in casu sanguis per varia loca corporis, modo congrua, ut nares, vterum, et aluum; modo incongrua, cerebrum, pulmones, ventriculum, renes, vesicam vrinariam, quin aures, oculos, eorumque angulos, itemque brachia, pedes, vlceraque effluit, idque non raro statis quibusdam temporibus, et in hominibus caeteroquin optime sanis; cum eo tamen, ut pro aetatis diuersitate et diuersis locis sanguis euacetur, istaque loca etiam cum aetate commutentur, ita ut, obseruante **HIPPOCRATE b)**, pueris et adolescentibus e naribus, iuuibus magis e pulmonibus, prouectioribus ex venis haemorrhoidalibus, et renum atque vesicae feratur. Atque pleraeque tales haemorrhagiae, dum ne ex ipso loco effusionis incongruo, aut nimia copia eiusdem, noxam corpori adferant, aut ipsae inconsiderate et praemature suppri- mantur, maximo sunt corpori praesidio: siquidem dolores illi pres- forii et tensorii, quos antea homines inter opptionem, pectorisque angustiam experiebantur, protinus cessant non modo, sed et multi morbi praesentes feliciter inde soluuntur, aut certe imminuuntur c). Ex intermissis autem, vel cohibitis qualibuscunque ipsis profluuiis, quae commodo in loco fiunt, per nares, puta, vel ex vteri aut sedis venis, magna cohors affectuum morbosorum propullulat. In vniuersum, ut supra iam memoratum est, grauitas corporis cum angustia pectoris tunc oboritur, deinde cordis palpitaciones nascuntur, tum stases, spasmi, dolores, tumores, in variis quidem corporis regioni- bus

b) Aphor. Sect. III. 27. seqq.

c) vid. **HIPPOCR.** aphor. Sect. IV. 74. VI. 10. XI. 21. et **CELSVS** L. II. C. 8. p. m. 69.

bus, sic ut, vbi non recte succedit narium profluvium, ophthalmia, otalgia, cephalgia, parotidum, vulvae, ac tonsilarum tumores, angina, sputum cruentum, asthma, haemoptysis, catarrhus suffocatius, pleuritis, phthisis, febres nocturnae, eueniant; si non recte succedit menstruorum per uterum excretio, spasmi circa abdomen, ac uterum, itemque cachexia, tumores oedematosi, chlorosis, passiones hystericae, affectus conuulsiui, febres lentaes, aliquando etiam acutae, interdum haemoptysis, aut vomitus cruentus, aliquique affectus; ex haemorrhoidum denique impedito fluxu, spasmi, maxime circa hypochondria, circa os sacrum et lumbos, itemque passiones colicae, vomitus aut mictus cruentus, nephritis, calculus, gangraena, podagra, arthritis, rheumatismus, maxime circa os sacrum et coxam, aliaque mala. Quemadmodum vero, vt iam dictum est, ipsa natura per suscitatum profluvium e loco quodam congruo, et plethoram imminuit, et quos iam peperit affectus, auerruncat: ita non accuratius quis hisce in casibus naturam imitabitur, quam si, incisa vena, sanguinem detraxerit: quo non solum aequa commode superfluus crux, idemque corpori molestus, austertur; sed et periculosi illi affectus ex plethora oriundi feliciter praescinduntur, aut si iam adsunt, tolluntur; vt quotidiana fere experientia constat, quod asthmata et catarrhi suffocatiui vna larga vacuatione in momento quasi finiuntur; et ipse **HIPPocrates** d) cuidam aegro in suffocationis periculo verfanti, et puliu plane carente, sanguinem utiliter detraxerit.

### §. III.

Est igitur evidens et aperta satis missionis sanguinis utilitas, vbi multitudinis indicia adparent. At eo magis ista utilis est, atque necessaria,

d) Lib. IV. de rat. vit. in acut. morb.

cessaria, quum non ita prompte natura per suas vires se superflua sanguinis mole liberat, neque, etiam si velit, semper liberare potest; siquidem modo viae nimis coarctatae sunt, ut non possit sanguis transprimi, modo nimium iste ac impetuose turgescit, modo spissitudinis laborat vittio. In singulis hisce casibus non melius naturae succurruntur, quam vicario illo Venaectionis auxilio, quod ipsius intentio nem quam optime expedit, citoque maximum commodum corporibus praefat. Vti enim aliis in excretionibus, quas natura in praesidiū sanitatis molitur, ipsam presso pede sequi consueuimus, et dum spontaneos alii fluxus, sudores, vomitusque, saluti corpori esse obseruamus, naturam in suo consilio imitamur, purgantia, clystera, diaphoretica, emeticaque eundem in finem recte adferentes: ita quoque idem auxilium corpori nos praefamus, si naturae, immunitationem sanguinis molienti, et magno interdum labore respicienti, veniam quandam prudenter secando succurrimus, eodem naturae consilio moniti: quae, dum sanguine corpus grauatur, illum salubriter e parium vasis, vterique, anique, exprimit. Atque istud vicarium auxilium eo minus tum omitti oportet hisce in casibus, quum iam diu natura molita est sanguinem abundantem per legitimas vias excutere, eumque tandem ad incongrua loca, pulmones, puta, renes, stomachum, encephalumque, dirigit: vnde aliquando periculosiora longe maia, phthisis, calculus, ischuria, nephritis, et aliquando ipsa mors oboritur, sensibus in primis ex sanguinis illa in encephalo effusione, apoplexiā vocant, ex improuiso saepe superueniens. Quare ad praescindendos permultos graues affectus, non minus quam imminentes et praesentes eos auferendos, non mellus datur auxilium, nec securius, nec efficacius, quam sanguinis missio, qua non solum co-

pia sanguinis peccans protinus minuitur, sed et omnes ataxiae feliciter compensantur, motusque irregularites componuntur.

## §. IV.

Non solum vero id emolumentum sanguinis missio praefstat, ut naturae motibus ad profluuum quoddam propter copiam onerantem salubriter tendentibus succurrat, eosdemque promoueat, et, si ex incongruo loco fluxus imminet, eundem quam felicissime auertat: sed permultum etiam facit ad reuocandos fluxus sanguinis naturales ac spontaneos, qui adhuc vel prorsus non apparuerunt, vel non sufficienter contingunt, vel temere suppressi fuerunt et cohibiti. Sane non infrequens est, eodem die, quo venaefectio celebrata, vel paulo post, solitam haemorrhagiam narium, aut haemorrhoidum fluxum, mensiumue, licet per plures menses, quin annum cessauerit, reuerti, posteaque ordinate certis periodis comparere <sup>e)</sup>: itemque lochiorum humorem adhuc impeditius fluentem, nunc protinus largiter expelli, aut si ex toto is suppressus fuit, febremque acutam fuscavit; id quod tantum non semper contingere consuevit, nisi alia vicaria excretio, maxime diarrhoea superuenerit; haemorrhoidum largi profluvio solui, imoque cum <sup>f)</sup> ipsa febre finiri. Euenire etiam solet hac de causa, ut, etiamsi intermedio tempore sanguis incisa vena detractus sit, nihilominus naturale profluuum, sine e naribus siue ex vtero, statim tempore postea recurrat, et non multo minori mole ac alias fieri solet, euacuetur. Quin aliae quoque salutares excretiones, vrinæ, alui, sudoris, post Venaefectionem melius ac liberius, quam ante eam, non raro consueuerunt succedere. Plura

funt

<sup>e)</sup> vid. HOFFM. Med. Syst. Tom. III. p. 597.

<sup>f)</sup> BAGLIV. Opp. p. 110.

sunt in hanc rem nota exempla eorum, qui spasticis affectibus detenti, vrinam limpidam et aquosam valde reddunt, post emissum sanguinem vero protinus copiosiorem laticem, eumque quoque coloratorem mingunt. Neque minus compertum est in hypochondriacis, quibus alius solenniter tarda atque compressa, post sanguinis missiōnem, vel hirudinibus ano admotis, eandem solutam esse, et ad officium redisse. Neque hoc ad intelligendum adeo difficile est. Quoniam enim salutiserae istae et naturales excretiones sanguinis circumlum, prout ille vel celerior vel tardior, vel vegetior et languidior est, sequuntur: facile patet, imminuta vasorum tam plenitudine, quam distensione, qua progressius motus sanguinis retardatus fuit, eundem denuo increscere, sanguinemque, fluidiorem iam redditum, ad emunctoria liberius et largius appelli, eorumque vias ab obstructionibus liberari.

## §. V.

Praeter haec vero in nimiis vacuationibus, siue illae imminent siue praesentes sint, sanguinem utiliter detrahimus, veluti cum enariibus copiosa nimis est effuxio, vel in fluore muliebri. Quo sit, ut hoc remedii genus, non plenitudinis modo affectibus, sed etiam plane contrariis conducat. De praeseruatione, quam in haemoptysi, aliisque periculis profluuii venaesectio praefstat, supra iam nobis dictum est. Idque etiam repetendum est de periculo illo profluuii sanguinis, quod in foeminis vterum gerentibus aliquando contingit, abortum vocant. Id sane profluuium neque compesci potest mature, multo minus auerti, nisi vocata in subsidium missione sanguinis. Quae in primis hic multum facit in adsuetis, ad praemunitionem perniciosi huius fluxus, si quarto quoque aut sexto die, eodem tempore, quo fluxus menstruus comparitus esset, aliquoties ad vncias quatuor vel

quinque sanguis detrahatur; qua ratione Cl. BVRTONVS<sup>g)</sup> foeminae, quae iam sexies abortum passa est, a septimo abortu feliciter praemuniuit.

## §. VI.

Neque exiguis est vsus venaesectionis in spasmis illis ac congestionibus, quae exitu sanguini per consuera loca non dato, vel circa ipsa illa loca excretoria, vel ab his non multum remotiora, occurrent. Solet sanguis, si abundat in nonnullis, maxime pueris et adultioribus, in primis his, qui in multo potu spirituoso praeter consuetudinem utuntur, aut otio litterario nimis indulgent, aut sanguinis fluxum per uterum vel anum minus ordinatum experiuntur, non raro versus caput regurgitare, ibidemque cephalalgiam, hemicraniam, ophthalmiam, vertiginem, tinnitus aurium, odontalgiam, aliasque capitis affectus concitare: in aliis solent eadem de causa spastici morbi thoracem infestare, et palpitationes cordis, motus conuulsuum diaphragmatis, asthmata, catarrhi suffocatiui, angustiaeque praecordiorum exoriri: item in aliis solent potius in insimo ventre, si natura ibi excretionem molitur, distensiones, dolores, spasmi circa hypochondria, uterum et os sacrum, item malum hypochondriacum, ischuria, aliaeque affectiones, quae iam supra a me excitatae sunt, se exacerbere. Quemadmodum vero, quod frequenti obseruatione competum est, solius naturae prouida ope, complures ex morbis, iidemque vix illa arte sanabiles, sanguinis profluvio felicissime finiuntur, et epilepticae conuulsiones v. g. et conuulsuæ artuum distensiones, quæ per multos annos iuuenulas afflixerant, prodeunte mensium fluxu sponte conquiescent b): ita, quando natura in opere deficit,

<sup>g)</sup> System of Midwifry. p. 196.

b) HOFFMANN. Med. syst. T. III. p. 593.

et vel motus illi spastici non sufficiunt ad sanguinem expellendum, vel sanguis nimis crassus, tenax ac viscidus est, vel vias, per quas fieri debet euacuatio, sunt obstrupatae, aut nimis spastro constrictae, eius vestigiis quisque prudens medicus merito insit, cumque in finem pro sanguinis exsolutione facilitanda et promouenda, praeter alia remedia accommodata, sanguinem iteratis vicibus et prudenter emittit. Talem vero venaesectionis utilitatem luculenter probant observationes tam veterum, quam recentiorum. Et possem ego quidem plura testimonia, idem confirmantia, in medium proferre; sed unum saltem illud **HIPPOTRATICVM** citabo, quod difficultatem vrinae phlebotomia soluat *i).* Id quod etiam confirmat **RIVERIVS** *k)*, secundum faciens, admissa venaesctione vrinas, quae antea prorsus aquaeae, coloratas fuisse redditas. Neque rarum est profecto, apoplexiā, et catarrhum suffocatiuum sola venaesctione subito interdum discuti.

### §. VII.

Eandem efficaciam sanguinis missio in febris demonstrat, tam acutis quam intermittentibus, dum ferociam symptomatum, aestus, deliriorum, anxietatis, constrictionum praecordialium, in momento quasi compescit, insimulque crises, ac in malignis exanthematum eruptionem egregie promouet: hinc tantopere laudata a veteribus Medicis aequa ac recentioribus nonnullis, quin iteratis vicibus eundem in finem largissimeque instituta. Ipse artis parens **HIPPOCRATES** in acutis, sanguinis missionem, si vehemens morbus fuerit, sapienter iam preecepit *l).* Neque in postremis habenda sunt, quae a **GALENO**

*i)* See<sup>t</sup>. VI. aph. 36.

*k)* Centur. I. obs. 45. 89.

*l)* de vict. rat. in acut. morb. I. 4. §. 5.

in hanc rem commemorantur: „In febribus ardentissimis, inquit, illi-  
 „co vniuersi corporis habitus refrigeratur, et extinguitur febris, plu-  
 „rimis quoque aliis soluitur, ac sudores emanant, ac quidem non-  
 „nulli illorum ex his sanitatem consecuti sunt, quidam obiecti pluri-  
 „mam vehementiam languoris absciderunt <sup>m)</sup>.„ Alibi quoque idem-  
 met GALENS fatetur, se ex missione sanguinis pro calore refrige-  
 rum, pro vigiliis et perturbationibus somnum et quietem succedere  
 vidisse. E recentiorum monumentis memorabile imprimis est FR.  
 HOFFMANNI monitum, et dignum omnino, quod hic adiiciatur,  
 quum aliquos simul resellit, qui admissa sanguinis missione in acutis,  
 periculosas circa statum metastases et congestiones ad caput consequi,  
 lethalem pleuritidem cum conuulsionibus inducentes clamitant. Ita  
 vero habet: „Plures noui iuuenilis et virilis aetatis vegetos et sangui-  
 „ne plenos, febribus acutis correptos, qui omissa venaesectione inter  
 „paucos dies phrenitide, inflammatione ventriculi, faucium, vel et-  
 „iam peripneumonia obierunt; vbi post mortem totum corpus mirum  
 „intumuit, et ipse ichor sanguineus largiter e naribus manauit, soe-  
 „tor quoque mox grauissimus cum putredine successit, nullam aliam  
 „ob causam, quam ob inflammatoriam sanguinis in partibus stasim.  
 „Vicissim multiplici obseruatione compertum habeo, vnicam vel et-  
 „iam repetitam sanguinis in acute febrentibus missionem, non modo  
 „anxietates, sed et alia saeva symptomata imminuisse vel plane sustu-  
 „lisse. Ut taceam Gallorum morem, qui in omnibus febribus non  
 „semel, sed bis, vel aliquoties, venam cum bonis aegrorum rebus  
 „pertundunt. Metastases vero sanguinis ad caput circa tempora cri-  
 „tica venaesectionem ciere, fallacia non causae ut causae videtur.

,Nam

<sup>m)</sup> Comment. XXIII. sect. X. aphor. Hippocr.

„Nam licet phrenitides et conuulsiones malo successu febre acuta laborantibus saepe accidunt, eodem tamen modo, imo frequentius id enenit, vbi venaesectio omissa, quam vbi admissa fuit. Et quum omnes sere in febribus acutis phrenitide et conuulsione pereant; certe si venaesectio horum causa, intermissa eadem, non facile quenquam acute febricitantem interire, prona fluit consequentia m.)”

Hactenus ille. Ipsa ratio liquide satis sanguinis missionis usum et necessitatem in febribus acutis indicat. Quisquis acute febrit, plus sanguinis abundantia, quam defectu laborat. Testantur id narium haemorrhagiae, aliquando sub initium acutarum, aliquando circa criseos tempus contingentes, impetumque morbi minuentes insigniter: testantur morbi febiles epidemii, a quibus plethorici et athletici vix liberi manent: testantur quoque febres illae ephemerae atque synochi, plethoricos caeteroqui sanos frequenter adorientes, orsaeque et accessus ab externis maxime causis, sanguinem ad turgescendum cogentibus, vehementioribus exercitationibus, puta, perfrigerationibus, maxime liberali spirituorum potu: testantur denique febres acutae, saepenumero eadem de causa superuenientes his, quibus ad naturae ordinem familiaria profluvia sanguinis suppressa sunt, et neglecta in primis tempestiu*s* eius missio. Iam porro in comperto est, vniuersi generis vasorum et fibrarum tonum in febribus intentum esse, spasmo vasorum aliueos angustari, calore vero succos nimium turgescere. Quapropter redundans et exaestuans cruor libero per sanguinea vasa transitu exclusus, non potest non huc et illuc impetuose agi, et ad minoris diametri vasa, quae sanguinem secundum naturam non vehunt,

*n)* Med. system. Tom. III. p. 600. edit. Hal. in 4.

vehunt, tanquam ad loca incongrua transpelliri, inque iisdem obhaerescere et statim concipere; unde periculose inflammations, non nisi tempestiva et sufficienti sanguinis detractione praescindendae. Eadem de causa in quocunque etiam dolore intolerabili eximio praesidio est Venaesectio, cum sine impactione humorum vix dolor in aliqua parte nascitur. Id quod etiam peritissimum in arte virorum testimoniorum abunde patet. Ita enim **HIPPOTRATES** in dorsi, coxendum, lumborum, testium doloribus venaesectiones facere praecipit *o*). Et **RIVERIUS** annotauit, quod in colica conuulsiva, quae a sanguine inter tunicas intestinales haerente, easdemque cum vehementia distendente nascitur, sanguinis tempestiva missio non modo ab hoc calamitoso malo praeseruet, sed et illud ipsum praesentissime mitiget *p*).

### §. VIII.

Non perniciosa denique, sed quandoque proficuum esse sanguinis missione, ubi sanguis corruptus et malus corporis habitus est, attenta in praxi obseruatio non infrequenter docuit. Haec enim corruptio sanguini maxime imminet ex abundantia: quare a suppresso naturali profluvio non rarum est cachexias, icteros, tumores oedematosos, quin hydropses nasci. Horum igitur fons cum plethora sit, non melius ipsis succurri potest, quam ipso eodem, quod plethoram maxime imminuit, remedio. Certe eo magis sanguis malus, hoc est nimium aut tenuis, aut crassus, colore vel liuidus vel niger, aut pituita mixtus, aut varius, laedit functiones corporis, quo plus abundantat, adeoque eo magis detrahendus est. Multum abest, ut in cruditate

*o*) L. de glandul. p. m. 245.

*p*) Cent. 1. obs. 44.

ditate humorum sanguinis missio officiat, vt potius ex auctoritate veterum in primis medicorum, aliorumque, contra vulgarem opinionem, insigniter proficiat, et aliis remedii omnino anteserenda sit. Iuvat hanc in rem CELSI in primis et GALENI obseruationes allegare: quorum ille in malo habitu corporis, *κακοεξιτία* Graeci vocant, inter alia accommodata remedia, et si nihil illa proficiunt, sanguinem mittendum in primis suadet *q).*: GALENS autem ipse extenuatissimam mulierem commemorat, quae ex sanguinis missione non modo bonum corporis habitum, sed partium quoque incrementum plane consecuta est. Verba ita habent: „Atque ego mulierculae cuidam, „cui octo iam mensibus purgatio menstrua defecerat, extenuatissima „quidem cum esset, haud exiguo sanguine detracto bonum corporis „habitum restitui; quemadmodum plerasque hoc pacto reduxi in sa- „nitatem.” Deinde paucis interiectis verbis ita pergit: „Et ipsa „vero, id est, curationis inuentio, experientia ipsa, in memorata „muliere confirmata est: nam prima die sesqui libram sanguinis, „postea libram integrum detraxi, tertia vero vncias octo; non multo „plus quidem semilibra.” Panca rursus quedam interposita sunt in Sophystas, statimque rei ratio redditur hoc pacto: „Illa igitur, So- „phytis omissis, recensebo, quoniam scilicet venae eminebant ple- „nae sanguinis, colore quoque liuiae. Itaque vasculo aperto, li- „quidae pici cum colore, tum crassitie similis sanguis effluerebat, qua- „ratione visum est mihi, magis ipsum copiose esse vacuandum *r).*” Quibus ex locis apertissime liquer, eos falli ac hallucinari, qui quos dicunt,

*q)* L. de Medic. III. Cap. XXII. p. m. 182.

*r)* de vulg. morb. L. VII. P. III.

dicunt, frigidos affectus, a missione sanguinis eximunt. Sed multa adhuc supersunt, quibus et idem error confutari potest! Praeter id enim, quod **GALENVS** comitiali morbo et apoplexia, atra item bile correptos commemorat, quartanas quoque febres et omnes, quotquot ex humorum corruptione, magni affectus oriuntur, sanguinis missione solui existimauit: atque initio aquae inter cutem, quae ana-sarcia dicitur, sanguinem mitti consuluit, si affectus ab haemorrhoidum quidem vel mensium retentione, vel alia quadam multitudinis causa oriretur <sup>s)</sup>). Ex eodem fonte etiam aliquando syncope, paralysis, epilepsia, tremor, gutta serena propullulant, sanguinisque detractionem requirunt.

### §. IX.

Atque haec quidem de vsu Venaesectionis dicta sunt. Nunc ad rem propositam veniamus. Non esse promiscuum, hoc est, non aequo proficuum et salutare, quoniam in loco, remotiori ne, an propinquiori fecetur vena in morbis, localibus praesertim, ab experientia credo veteres didicisse, neque ideo prorsus, quae de reuulsione et deriuatione tradiderunt, vana omnia censeo. Non attinet equidem, quidnam huius rei veri subsit, quid falsi, in praesenti studiosius dispicere, in primis cum haec res iam olim copiose fatis ex eodem hoc loco disputata fuit <sup>t)</sup>). Nostra interest saltē, vt, quod demonstrandum in nos suscepimus, accurate agamus, et praerogatiuam Venaesectionis in partibus laborantibus, hoc est, aut inflammatione affectis, aut dolore, paralytice occupatis, ostendamus. Quoniam autem

<sup>s)</sup> L. IV. de rat. vict. in acut. morb.

<sup>t)</sup> vid. Cl. Ge. Chr. OEDERI diff. de reuulsione et deriuatione. Gott.  
1749.

autem duabus omnino rebus, id est, ratione et experientia omnis medicina continetur, desiderari equidem a nobis nunc posse intelligimus, vt de huins venaectionis praestantia ac necessitate vtroque modo differamus. At cum longe minor sit vis demonstrandi ratione, quam experientia, haecque illam multis parasangis superet: consutius omnino fore iudicamus, et commodo quoque lectorum magis congruum, si experientiam in hac re plus consulamus, quam rationis dictamen, et quid illa vere ostendat, in vsum nostrum conuertamus. Vt tamen non penitus, quid ratio argumentorum in his vel suppetat vel contra ponat, sicco, vt aiunt, pede praeteremus; in utramque rem circumscripte quaedam saltem, ratione ducti, disputabimus.

## §. X.

Igitur, vt ab hoc ordiamur, ratio videtur omnino magis suadere vsum venaectionis in ipsis partibus obstructis, quam dissuadere. Etenim, quod negare putamus neminem, si ad obstructiones vasorum a sanguine alioue humore impacto submouendas, maiori impetu reliquias ad partem laborantem ruit sanguis, quo propius ab hac vena pertundenda remota est: non potest non obhaerescens in minimis vasculis humor multo maiore vi hac ratione elidi, quam si remotior vena inciditur. Id autem omnino fieri, experimentis in viuis animalibus institutis compertum est. In ranae, microscopio oppositae, mesenterio, si, languente iam circulatione, vena inciditur, protinus sanguis celerrimo largoque riuo ad vulnus confluit, perque istud proruit contrariis vorticibus; quum in reliquis venae ramis cum laeso trunco supra vulnus communicantibus, via ordinaria fluat, donec huic vel illi ramo vulnerato proximiore inosculato fanguinem suum

retrogrado riuo celerrime ad vulnus mittant: conspiuntur praeterea in minimis vasis globuli bini, terni, vnum, ante fere quieti ex venae sectione citius vehi. Arteria si pertunditur, in rapidissimum motum deduci sanguis pariter conspicitur u). Quibus experimentis apertissime liquet, in proximis locis a vase sanguineo pertuso, celerrimum fieri sanguinis per sua vas a motum. Iam vero, quo rapidius mouetur sanguis ad locum apertum, eo validius impacti ibidem, et circa confinia, humores dispelluntur: quare nullum dubium est, quin venaesectorio, vel cuiuscunque alias vasis incisio, in ipso loco obstructo adhibita, quam celerrime, efficacissimeque stagnantem humorem, vel inflammationem ibi concitantem, vel dolorem, vel paralysin, discussiat. Sed multa alia superfunt argumenta, quibus et idem comprobari potest. Frequenti experientia compertum est, sanguinem venarum ora haemorrhoidalium tanquam capitula quaedam distendentem, non melius exitum inuenire, quam sanguifugis, quas vocant, iisdem hisce capitulois adpositis. Praeter id vero vsu etiam exploratum habemus, contumacem cephalalgiam, vertiginem, phrenitidem, aliaque capitis mala, a spasmis, nimia sanguinis ad superiora congettione et graui vasorum distensione orta, quam saepissime sanguinis profluuo, non ex remotiori aliquo loco, sed e naribus, parte laboranti quam proxima, exsolui. Quum igitur vel ipsa natura a congettione, obstructioneque partem laborantem sic liberat, ut e vasis maxime vicinis humores impactos elminet; quumque adeo ex laeto illo effectu, quem turgentibus haemorrhoidibus admotae immediate hirudines, vel ipse scalpellus admotus w) praefat, luculenter appetat,

quam

u) vid. Cl. Ge. Ern. REMVS Experimenta circa circulationem sanguinis instituta. Gotting. 1752. p. 59. seqq.

w) Fran<sup>c</sup>ois MAURICE AV Traité des Maladies des femmes grosses cet. Liv. I. Chap. XVIII. p. 148. et 149.

quam egregium emolumentum hoc corpori adferat, si ex ipso loco obstruēto humores educantur: quidni credamus a venaesectione in parte laborante instituta eundem insignem vsum expectandum esse? Ac de praecipuis quidem argumentis, quae a ratione, sive a priori, ut aiunt, ad comprobandam thesin nostram peti possunt, hactenus dictum sit.

## §. XI.

Nunc de iis dicamus, quae vicissim aduersus vsum huius vaccinationis ex eodem fonte opponi possunt. Atque maximum quidem, idemque unicum fere, quod mouere aliquis hic possit dubium, hoc est: quod incisa vena grauatae partis, crux maiore impetu in eandem ruat, sive obstructio, hoc est, causa mali augeatur. Cui vero respondemus, omnino quidem sic fieri maiorem humorum versus locum obstructum impetum; sed tantum abesse, vt ipse morbus inde exasperetur, vt potius quam celerrime, quoad eius licet, finiatur. Id enim ante omnia sciendum est, velociorem illum motum sanguinis ad locum apertum non multo diutius durare, ac ipsa vena, quam incidimus, aperta est <sup>x)</sup>: et si vel paullo diutius is motus produceretur, illum tamen minime nocere; cum quod medicamenta adurentia docent, et ipsa methodus, qua natura ad dispellendos humores stagnantes vtitur, quo validior est impulsus sanguinis ad impactos humores, eo velocius quoque corundem dissolutio contingit. Is igitur rapidior motus, qui sanguini venit a pertusa vena, vel arteria quoque, tum ob hanc causam, tum quod ipse fons morbi sic aperitur, et ex eodem plenis anchoris hauritur impactus humor, omnino est saluberrimus, et non est plane, cur quis hanc venaesctionem metuat. Non enim ignoro,

infis-

<sup>x)</sup> vid. Cl. REMVS diff. cit. p. 60. 61.

insignem timorem vulgo tale consilium detrahendi sanguinis ex loco grauato incutere, et temerarium facinus apud plerosque audire: at vero, si hoc temeritatis notam habet, profecto miror, quid sit, cur non similiter eadem macula inuratur his, qui in partes dolentes, aut sensu destitutos, canthrides coniiciunt, quid? quod ferramenta candentia adeo, et quae his similia sunt medicamenta, ipsis illis superhabent. Haec certe remedia vehementiorem longe affluxum humorum, quod nemo nescit, ad partes laborantes concitant: at nemo tamen est, qui illa ideo reformidet; sed ob id maxime, et quod materiam stagnantem immediate ex loco, vbi haeret, euocant, et commendet et adhibeat. Plena fuit veterum medicorum imprimis, eorumque optimorum, quos sequi omnino decet, scripta eiusmodi observationibus, mirificum usum horum remediorum confirmantibus: nec possum ideo, quin ob rei gravitatem, et ut maiorem fidem dictorum faciam, nonnullos eorum hic specialiter testem. **HIPPOTRATES** itaque non raro ad visiones sive venarum, sive carnium, in pertinacissimis morbis, tanquam ad sacram anchoram confugit, eisque aduersus convulsiones y), erysipelas pulmonum, in quo pectus et dorsum inussit z); itemque capitis diuturnum dolorem, usus est a). Frequenter quoque alias partes dolentes usit b), coxam c), manum in dolore digitorum arthritico d). Et in uniuersum de dolore sic praecipit: „Quodsi in uno aliquo loco firmiter constiterit „dolor

y) de loc. in hom. p. 417. ed. Föes.

z) de morbis. Lib. II. p. 477.

a) de intern. affect. p. 591.

b) de loc. in hom. l. c.

c) de intern. affect. p. 563. 591.

d) de affection. p. 539.

„dolor, neque medicamentis expellatur, quocunque loco fuerit, li-  
 „no crudo inurito e).” Quod remedium moxae fere geminum est,  
 quam accensam pedibus e podagra laborantibus Chinenses superimpo-  
 „nunt. AVR. CORN. CELSVS autem, vltimum esse, scribit, in  
 „coxarum morbis et vteri quoque efficacissimum, tribus aut quatuor  
 „locis, super coxam, cutem cudentibus ferramentis exulcerare f).”  
 Idem elegantissimus auctor, cuius lectio plus delectat, quo frequen-  
 tius repetitur, in fatali illo palmonum morbo, quem Graeci φθονον  
 nominauerunt, “si vehementior noxa est, ac neque febricula, neque  
 „tussis quiescit, tenuarique corpus apparet, exulcerat ferro candente,  
 „vno loco sub mento, altero in gutture, duobus ad mammam vtram-  
 „que, item sub imis ossibus scapularum, sic, ne sanescere sinat vlcera,  
 „nisi tussis finita fuerit g).” Quod crudele quidem auxilium, nisi  
 deliciosi nostri aegri tantopere reformatarent, spem fore credo, ple-  
 rosque ex florentissima aetate ad sanitatem sic peruenturos esse, qui  
 alias vix seruari possunt. Praeterea in comitiali morbo, si nihil quid-  
 quam auxilii alia remedia attulerint, ferro candente in occipitio adu-  
 rit duobus locis, vt per ea perniciosus humor evadat b). Atque  
 haec capititis vstio permultos sane ab atroci hoc malo liberauit i); et  
 ostendit quoque eius usum fortuitus casus, in puella epileptica, quae  
 cum aliquando paroxysmo correpta, supra carbones accensos corru-  
 erit,

e) l. c. p. 538.

f) de Medicina L. 4. C. 22. p. 153.

g) l. c. L. III. C. 22. p. 284.

b) ib. C. 23. p. 288.

i) vid. SCHENKII obs. L. I. p. 117, Car. PISO de morbis a ferosa  
 colluui, Sech. 2. part. 2. c. 7. p. 173.

erit, miserrimeque faciem et synciput combusserit, ita, ut integumenta non modo, sed et ipsa caluaria adeo exusta esset, ut postea exterior crani tabula ad magnitudinem palmae manus decideret, a morbo ex toto liberata fuit, quamdiu haec loca multam sanguinem effundebant; postea vero tamen, simulac citatrice obdueta erant, in eundem recidit *k*). Quantum prosit in apoplexia ferrum candens, nuchae aut plantae pedis impositum, ex recentiorum nonnullorum Medicorum, LANCISI *l*), MISTICHELLI *m*), BRAND. MEIBOMII *n*), ERNTDELIQUE obseruationibus apparet, quorum postremus hoc auxilio subito leuatum morbum vedit *o*), illudque ideo omnibus aliis remediis praefert. In paralyticis denique affectibus, quantum juvent epispastica, adurentiaque medicamenta, neminem prorsus fugit, cum illa in primis et nostro tempore frequentius adhibeantur. Memorabilis autem casus legitur in ACTIS NATVRAE CVRIOSORVM *p*) de linguae paralysi, quae ab emplastro vesicatorio per errorem ipsi membro affecto applicato, feliciter curata fuit. Et quem paulo ante excitauiimus ERNTDELIVS, paralyfin a diurna cephalaea protinus curatam memorat, cum cauterium actuale ad ceruicem admotum est *q*). Eundem salutarem usum, quem in dolore confirmato, cùuscunque partis, veteres Medici, ad unum omnes, per validiora illa yrentia obtinuere, non infrequenter recentiores, a mitioribus epipa-

*k*) Tb. WILLIS Pathol. cerebr. C. 3. p. 39.

*l*) de mort. subit. L. 1. C. 5.

*m*) Tr. de Apoplexia p. 69.

*n*) Diff. de Apoplexia eiusque generosioribus remediis, Helmst. 1725.

*o*) Warfau, illustr. p. 185.

*p*) Vol. VI. obs. 104. p. 356.

*q*) I. c. p. 184.

epispasticis et cantharidibus, si ipsis partibus grauatis applicata suis-  
sen, experti sunt, etiam, vbi inflamatio simul partem occupaue-  
rat. In doloribus externarum partium, qui per alia non finirentur,  
folia Ranunculi **BAGLIVI** s, vel mixturam calcis viuae et saponis  
liquidi admouit, et contendit, quod in quibusunque doloribus haec  
remedia summopere conserant <sup>r)</sup>. In manum, ex chiragra laboran-  
tem, coniici iubet **LIBAVI**s cantharides <sup>s)</sup>. A contumacissimo  
capitis dolore permultos **MICHELOTTI**s sanauit exulcerante mala-  
gmate, ex cantharidibus, finapi, atque euphorbio, adiecta flammula  
Louis, tonsae cuti pone auriculam imposito <sup>t)</sup>: idemque etiam re-  
medium in apoplexia, lethargo, aliisque encephali morbis, occipitio  
ad cutem tonso, saluberrime adhibuit, experientia **ZACVTI LVI-**  
**TANI** et **WILLISII** permotus <sup>u)</sup>. Quantum in pleurite et intesti-  
norum inflammatione vesicatoria proficiant, si illic in ipsum d. lens  
latus, hic in abdomen, late satis coniiciantur, Ill. **PRINGLI** obser-  
uationes docent <sup>w)</sup>. Atque haec omnia plenam fidem faciunt,  
quod, quibus remediis affluxus ad partes affectas concitat, ea ideo  
non noxam, sed insigne potius emolumentum adferant, etiam si sint  
valentissima. Quocirca a venaectione in parte dolente, inflamma-  
tione, aut paralytica instituta, eo minus periculum metuendum esse  
censemus, quum longe placatiori motu, hac ratione, ad laborantes  
partes ruat sanguis; quin potius ob eundem hunc motum accelera-  
tum

<sup>r)</sup> Opp. p. m. 113.

<sup>s)</sup> vid. *Io. HORNVNG* cista medica p. 211.

<sup>t)</sup> Act. Nat. cur. Vol. I. obs. 104. p. 197.

<sup>u)</sup> l. c. p. 199.

<sup>w)</sup> Beobachtungen über die Krankheiten einer Armee. p. 163. 168.

tum eiusmodi venaesectionem insigniter proficere, et hac de causa in primis prae illa, in longius dissitis partibus instituta, multo efficaciorum esse, neque unquam certe nocere, vii multi quidem sibi ex praeconcepta opinione, et populari quodam ac antiquo errore imaginantur, arbitramur. Is error quidem nouus non est, sed vetustissimum iam hominum, quin medicorum quorundam animos occupauit; adeo ut CELSVS dignum eum habuerit, quem copiose refutaret. Quumque id summa *angerBia*, maximoque ingenii acumine factum est; non poenitet tota verba eius adseribere: „Mitti vero is „debet (sanguis), si totius corporis causa sit, ex brachio, si partis „alicuius, ex ea ipsa parte, aut certe quam proxima; quia non „vbiique mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, iuxta talos. „Neque ignoro quosdam dicere x), quam longissime sanguinem, „inde vbi laedit, esse mittendum; sic enim auerti materiae cursum; „ac illo modo in id ipsum, quod grauatur, euocari. Sed id ipsum „falsum est, proximum enim locum primo exhaustum: ex vterioribus „autem catenus sanguis sequitur, quatenus emititur: vbi is suppres- „sus est, quia non trahitur, ne venit quidem y).” Alio loco hanc suam sententiam novo argumento, a cucurbitularum visu desumpto, confirmat, quem nunc protinus quoque subiiciam: „Vsus autem cu- „curbitulae praecipuus est, vbi non in toto corpore, sed in parte ali-

„qua  
„*de Medic.* I. II. C. 10. p. 91.

x) HIPPOCRATEM haud dubie hic appellat CELSVS, qui eam mit-  
tendi sanguinis rationem seruari voluit, vt quam longissime a locis,  
in quibus dolores fieri, et sanguis colligi confuevit, venarum sectiones fiant. L. de nat. hom. p. m. 179, et L. de glandul. p. 245. At  
hoc tamen praecipuum ne ab ipso quidem Hippocrate vbiique seruatum esse, ex aliis eius locis patet. Unum faltem memorare placet  
ex L. de affect. p. 527. vbi, in dolore capitidis iuware sanguinem e  
naribus aut frontis vena detractum, expresse scribit.

,,qua vicium est. Idque ipsum testimonium est, etiam scalpello sanguinem, vbi membro succurritur, ab ea potissimum parte, quae iam laesa est, esse mittendum: quod nemo cucurbitulam diuersae parti imponit, nisi cum profusionem sanguinis eo auertit; sed ei ipsi, ,quae dolet, quaeque liberanda est z). Hactenus quidem Celsus.

## §. XII.

Sed ut eo clarius elucescat praerogativa huius venaelectionis: nonnullis probatorum auctorum, cum veterum, tum recentiorum, consiliis et obseruationibus rem confirmare nunc licet. Quoniam vero perinde est, vtrum ex venis, an arteriis, item ex crassis illis vasibus, aut tenuioribus, incisa cute nempe et cucurbitulis admotis, sanguinem educas, dummodo hoc fiat in ipsis partibus grauatis, aut certe quam proximis; quia non vbique mitti potest: eandem utilitatem omnibus his vacuandi modis omnino tribuamus necessè est, idque etiam nonnullis obseruationibus simul probatum dabimus. Sunt autem præcipui morbi in quibus talem vacuationem maxime prodesse contendimus, hi, qui sequuntur: Cephalalgia, apoplexia, hemiplegia, paralysis, phrenitis, melancholia, mania, ophthalmia, angina, dentium et coxarum dolor, rheumatismus, podagra. De quibus protinus speciatim dicam.

## §. XIII.

In capite interdum intolerabilis dolor contrahitur; qui modo in toto capite est, modo in parte, maxime circa tempora, vel occiputum;

z) L. de Med. II. Cap. 11. p. 93.

pitium; modo in febre, modo sine hac; modo cum acuto sensu et lancinante, modo pressorio, modo constrictorio, modo aestuoso, modo frigido. Isque morbus aliquando adeo acutus est, ut horror validus simul hominem comprehendat, et vomitus excitetur, et oculi caligent, et sanguis e naribus fluat, et anima desiciat, aegerque neque strepitum, neque vocem violentam, neque luminis splendorem, neque motum tolerare possit. Hi omnes autem dolores, ut tantum non semper a sanguine, in membranas capitis nervosas impetuose et nimia copia ruente, easque valde distendente fiunt; ita si morbus acutus est, si supra consuetudinem intenditur, si ex subdita causa, et si non pestifer, tamen vehemens est, si est primarius et a plenitudine, primam curationem habet, qua sanguis mittatur. Id autem non melius fieri posse, quam si in ipso capite vena aliqua aut arteria secetur, aut cucurbitulae temporibus admoueantur, aut sanguis ex naribus detrahatur, multorum auctorum obseruationibus constat. Frontalis venae incisio antiquissimis temporibus fuit solemnis, teste HIPPOCRATE, sic perhibente: „Ei qui parte capitis posteriore „dolet, recta in fronte incisa vena prodest a).” Atque hac phlebotomia multos a capitis dolore derépente omnino liberatos esse, experientia HOLLERII b) aliorumque compertum est c). HOFFMAN-NYS etiam contendit, si causa doloris nimius sit ex inferioribus ad caput per spasmos appulsus, et irruens sanguis, non facile praesentius auxilium, quam in eius missione, in locis non procul a parte affecta instituenda, sub lingua nimirum, aut in collo, aut pone aures

per

a) Aphor. Sect. V. aphor. 68.

(b) Comment. in aphor. Hippocr. p. 321.

c) cf. Cl. TRALLE斯 Tr. de vena iugulari frequentius secanda.

per hirudines admotas, esse positum; ea tamen lege, vt si corpus nimis sanguine repletum sit, primo vena circa pedum talos pertundatur, postea secundo die circa caput d): quam curationem etiam antiquis nouimus suisse adhibitam. Cucurbitulas temporibus et occipito admouere, sanguinemque ex naribus detrahere, in omni vetusto capitis dolore communia esse, CELSVS scribit e); hacque priori ratione diuturnam quoque ac pertinacem cephalalgiam a WALTHERO subito curatam legimus f\*). Iugulares autem venas fausto successu aperiri in vehementissimis ac diuturnis capitis doloribus notauit RENATVS MOREAV f), quem vnum commemorasse in praesenti sufficerit; quippe nemini dubium fore credo, sanguine ex vasis istis extracto, circularem eius motum, in capite retardatum, sic optime restitui, humoremque subsistentem, qui dolorem facit, feliciter dimoueri, dum scilicet arteriosus sanguis, maiori ac antea celeritate, in spatium venae ab extractione vacuatum fertur. Temporalis denique arteriae dissectionem praesentaneam opem et mirandam, prae ceteris omnibus inaniter adhibitis, tulisse, probatissimorum medicorum fide pariter constat. Secretum magnum in desperatis capitis doloribus hanc arteriotomiam vocat BAGLIVIUS g). Ipse FEL. WVRZIVS, magnus Chirurgus sui temporis, cum sibi propter dolorem permiserit arteriam temporalem incidi, ipso protinus liberatus fuit h). Promptum quoque

d) Med. system. T. IV. P. II. p. 195. 196.

e) L. IV. C. I. p. 102.

f\*) Diff. de Scarificatione occipitis plurimi capitis morborum auxilio, §. 16.

f) Tr. de sanguinis missione in pleuritide, p. 79.

g) Opp. p. 75.

h) vid. ei. Wundarzenei, p. 200.

que et perutile remedium in hemicrania a sanguine turgescente, et impetuose ad caput delato, ab hac arteriotomia in temporibus, AMBROS. PARAEV<sup>s</sup> in permultis expertus est. Aperuit aliquando hancce arteriam Principi Galliae, et contumax dolor extemplo remisit, stupentibus cum aegro medentibus *i*). Aeque contumacem dolorem in vno latere capitinis, eodem remedio solutum, Cl. NISSERVS memorat *k*). Quemadmodum denique nec hoc memoratu est indignum, incisuram cruciatam in vertice factam ab acuto capitinis dolore liberaffe, quod FR. RYYSCHIVS memoriae mandauit *l*).

#### §. XIV.

In morbo attonito, vbi subito aliquis concidit, eique et corpus et mens, vel ex toto vel ex parte, stupet, quantum usum habeat missio sanguinis ex vasis encephalo quam proximis, nunc ostendendum est. Multo saepius liberasse apoplecticos talem detractionem, quam quae ex brachio aut remotiore aliquo loco instituitur, obseruatione compertum est; ita quidem, ut semper fere illa profecerit, quoconque modo, per venam ne, an cucurbitulas sanguis e capite detractus sit. Etenim, his vasis apertis, immediate encephali vasa deplentur. E iugulari vena sanguinem detrahere maxime BOERHAAVIVS iubet *m*). Eandemque etiam felicissimo cum successu aliquoties tam in imminentे morbo, quam praesente, nosmet ipsi incidi-

*i*) Opp. L. XVI. C. 4.

*k*) Abhandlungen der Schwed. Acad. der Wiss. Vol. XIII. N. 5.

*l*) Opp. Obs. XL. Obiter etiam hic notamus casum, qui apud Fabr. HILDANVM legitur, de inueterata cephalgia, qua aeger, accepto vulnere lethali in capite, liberatus fuit. Obseru. Cent. II. 8. p. m. 27.

*m*) Aphor. de cognosc. et curand. morb. §. 1030.

*r)* Tetrabil. II. Serm. IV. C. XVII.

autem per haec nihil efficitur, ultimum esse dicit, incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis, supra collum, et in palato circa vuam, vel eas venas, quae sub lingua sunt, ut per ea vulnera morbus erumpat <sup>s)</sup>. Qualem curandi rationem etiam CAELIVS AVRELIANVS recte obseruauit, non solum fauces et palatum, sed ipsam quoque linguam, si maior fuerit tumor, scarificans <sup>t)</sup>. Quodsi vñquam vero istiusmodi vacuationes necessariae sunt, certe in anginis sunt illis, quae neque in ceruice quidquam conspicuum faciunt, plurimum vero doloris et orthopnoeae inducunt, et celerrime aegros intra biduum aut triduum necant, popularisque in febris modum aliquando faciunt; nec non in tonsillarum gangraena, cuius descriptionem accuratissime, ut omnia, tradidit ARETAEVS <sup>u)</sup>, et quam plures clari vitri nostra aetate in Galliis et Anglia grassari obseruarunt. Quibus in casibus nonsolum emplastra vesicatoria sub mento et ad latera collis admouenda sunt, sed et in palato circa vuam, venasque sub lingua, plagis satis altis vulnera infligenda, ut morbus erumpat; praeterea que in posteriori malo, initio statim, tonsillae tribus quatuor in locis plagis satis profundis scalpello incidendae. Quoniam vero gravissimis in casibus haec medendi via efficacissima praestantissimaque comperta fuit, et veteres quoque ad vnum omnes, quum per venae sectionem in remotioribus locis nihil prosectorint, ad propinquiora, quin proxima, et ipsum affectum locum, accesserunt: facile quisque, vel me tacente, spero, praerogatiuam sanguinis missionis in parte affecta

<sup>s)</sup> L. IV. C. 4.

<sup>t)</sup> Acutor morb. L. III. C. 3.

<sup>u)</sup> De causis et signis morborum acutorum L. I. C. 9. Quem commentario luculento illustrauit M. A. SEVERINVS Diatr. de pestilente ac præfocante puris abscessis, quae Operi de recondita abscessuum natura adiecta est.

DE PRAEROGATIVA VENAESECTIONIS

fecta aut certe quam proxima, vel in hoc malo, vt in ceteris intelle-  
cturus est.

§. XXI.

In dentium autem dolore, qui ipse quoque maximis tormentis  
adnumerari potest, et vel a vitio in ipso dente haerente vel ab inflam-  
matione, sive sanguinea, sive serosa, vel cingentem radicis mem-  
branam aut gingiuas occupante, oritur, inter alia remedia, quibus  
succurritur, quaeque non alia fere sunt, quam quae aduersus inflam-  
mationes valent, eximio praesidio esse lenem scarificationem, apud  
omnes constat. Quid? quod plebeulae quoque experimento cognitum  
est, cum dens doluerit, frustulo ligni, non quidem fulmine ta-  
eti cuiusdam, vel e coemeterio aut patibulo deponiti, quae pene  
ineptiae sunt, sed cuiuscunque acuti, leuiter aliquamdiu pungi de-  
bere, donec aliiquid sanguinis ginguae fuderint. Quemadmodum  
vero, quod nemo ignorat, plus auxilii in isto dolore, si ab illius  
serosa ortum suum fortitur, ab acribus remediis expectandum est, si  
haec non remotis partibus imponuntur, sed vel in ipso ore frequen-  
ter detinentur, vel in dentes adeo, si exesi sunt, coniiciuntur: ita  
dubium non est, quum stagnans sanguis ex ipso loco dolente, vel  
certe quam proximo sic euocatur, celerius multo siunt iri dolorem,  
quam si illum per pedis aut brachii venas detrahamus. Neque pro-  
fecto nec hic loci, nec alibi, augeri dolorem per citatum hac ratione  
affluxum humorum, quemquam fore, qui metuat, arbitramur; quoniam  
experientia in hoc frequenti malo contrarium toto fere die demonstret,  
adeo, vt par sit potius credere, ipsum illum citatum affluxum, vt pote  
stagnantes humores valentius dispellere solitum, omnino prodesse,  
nosque debere adeo, ad naturae modum, pro remedio ipso vti. Obi-  
ter notamus, venarum que sub lingua sunt, incisionem, itemque hi-

rudines temporibus admotas in grauiori odontalgia eximiam quoque operi haud infrequenter attulisse; ex quo praerogatiua inprimis illius vacuationis, quae sit in loco affectae parti propinquu, elucescit. Num quis vero vnquam ex sanguinis missione e pede, aut brachio dolorem istum leuauerit, de eo non immerito dubitamus.

## §. XXII.

Et sic quoque in reliquis doloribus rheumaticis, aequē ac arthriticis brachiorum inferiorumque artuum, se res habet. Non hie memoro, vt breue faciam, quid de necessitate et praestantia sanguinis missione in hoc genere morborum prodiderunt, qui omnium accuratissime de eo scripsere, CAR. PISO, BALLONIVS, RIVERIVS, SYDENHAMVS: sed vindicabo vnicē illius in ipso membro affecto praerogatiuam; idque quidem experimentis nonnullis indubii, cum propriis, tum alienis. Non semel profecto saluberrimo cum successu ego institui hanc venaectionem curavi, tam in rheumatismo, quam in morbo coxario, vbi nihil leuaminis neque diaphoretica, neque diuretica, neque lenientia, neque diluentia, neque cantharides, neque iterate detractus e sanis partibus sanguis, attulero. Fueruntque ipsi dolores, quod maxime memorabile, momento quasi et ianopere leuati, sic, vt vel eodem die adhuc aegri pedem, quem antea ne mouere quidem p̄ae doloris faecit poterant, lecto firmiter extulerint, et hinc inde alacriter satis per domum ambulauerint. Experti quoque sunt alii periti medici egregium istum venaectionis in affecto membro celebratio visum; et IO. MAVRIT. HOFFMANNVS in primis tanta cum euphoria eandem testatur instituisse, vt derepente dolorem inde leuatum viderit. En ipsa eius verba: "Prae oīnibus autem vel, ut d. os aītò r̄is μηχαν̄is repentinam doloris releuationem efficiebat

venae-

,venaesectio, in malleolo pedis afflicti instituta, qualem etiam in simili  
,,casu saepius antehac salutarem expertus sum w)." Quum nemo ne-  
scit, quam taediosa sit harum affectionum, coxariae praesertim, cura-  
tio; habemus omnino, cur hanc venaesectionem, licet a vulgo im-  
mensum abhorri solitam, frequentius instituamus. Potest autem ea  
quocunque tempore celebrari, siue in recenti malo, siue inueterato,  
siue dolore ferociente, siue eo paulisper se remittente. Imo etiam ad  
auertendos hosce affectus non excellentius facile datur remedium.  
Sunt equidem, qui monent, quod alienum sit et summe pernitosum,  
sanguinem, dolore saeuiente et paroxysme cum febrili commotione  
afflidente, mittere, siquidem negotium naturae, expulsionem mate-  
riae salutariter mollientis, inde conturbetur: verum id falsum esse,  
vsls non semel me edocuit, adeo, vt quo vehementius vrgeret do-  
lor, eo praestantior fuerit sanguinis missio, eoque celerius is se remi-  
serit. Neque sane aio tempore praestantior em amiliorumque,  
magisque necessariam veteres medici habuere, quam si immaniter do-  
lor hominem prehenderit. Semel venam in laborante membro per-  
tundisse, in primis saeuiente dolore, saepenumero sat est; quum alias  
et in parte sana, vix quarta aut sexta vacuatio malum leuet. Recte  
quidem Celsus quoque cucurbitulas incisa cute admoueri iubet, si  
per cataplasma dolor finitus non fuerit x): enim uero, quum sine  
fructu multoties adplicatas eas nouimus, et alii quoque comperti sunt  
y): sanguinis per venas detractionem huic curationi omnino praef-  
rendam censemus.

## §. XXIII.

w) Act. Nat. Cur. Vol. I. obs. 91. p. 179.

x) L. IV. c. 22.

y) Act. Nat. Cur. Vol. IV. obs. 108. p. 436.

De articulorum in manib[us] pedib[us]que vitiis, quae in podagrīcī, chiragricisū ēsse consuerunt, sp[ecialit]er quaēdam adhuc dicenda sunt. Scilicet, quum nemo non fere hic maxime pestiferam venae sectionem, eam nempe, quae sit in membro grauato, haber; op[er]ae omnino pretium est, ut studiosius paulo falsitatē huius sententiae demonstremus. Si veterum experientia aliquid hic valer, sane intrepide illi et sine omni metu venam in affecto pede secauerunt, quid? quod ad hanc vacuationem con fugerunt, tamquam ad sacram anchoram, vbi cunque alia remedia et ipsa venae sectio, in sanis partibus celebrata, nihil proficerent. Luculentissimum h[ab]itus rei testimonium apud AETIUM exstat, quod ideo hic adiicere non poenitet. Ita vero ille: "Secunda est e directo cruris fluxione infestata vena; præsertim in brachio, inferna, ita tamen, ut obseruemus, in eius sectione subiectam ipsi arteriam. Si vero haec non appareat, media, ita ut et in hac obseruemus subiacentem neruum. Quod si vetero manu dextra dolore infesteretur, venam in dextro crure secamus iuxta ratis, aut popliteum, aut plantam pedis: post sectionem vero venam, si dolores adhuc persistenter, et fortis tensio sit in affecto membro, saepè in ipso inflammatu crure vena inclisa, et multo sanguine detracto, hominem ab omnini dolore liberauit z)." En mirandam huius vacuationis prærogatiuam! In eodem pede podagrico et CELSVS præcipere nobis sanguinis mis sionem videtur, licet expressiō istum non appellat, sed simpliciter tantum de mittendo loquatur sanguine a). Ea vero, tam quae sequuntur, quam quae alias de sanguinis detractione et loco in primis, quo fieri debet, scribit, certo nobis persuadent, hanc eius sententiam suisse, et non aliam.

Pri-

z) Tetrabil. III. Serm. IV. c. 23.

a) L. IV. c. 24. p. 254.


Primum enim, quum affirmat CELSVS, quod, si inter initia statim mittatur sanguis; id saepe annuin, nonnunquam pérpetuam valetudinem bonam praefert b) ; ego quidem neminem fore credam, qui id temere de vulgari illa detractione, quae fieri in remotioribus locis consuevit, intelligendum puter. Respexisse vero hic vnicē CELSVM ad detractionem illam in ipso pede podagrico, eique saltem egregium huncce usum tribuisse, non tantum experientia illa AETII constat, quam paulo ante memoriaui, aliorumque complurium virorum clarorum, quorum aliquos protinus nominatus sum; sed ex eo quoque apparet, quod alias expressè CELSVS scribit, sanguinem mitti debere, si partis alicius causa fiat, ex ea ipsa parte, quae grauatur, aut, si vena ibidem incidenda non adfit, e quam proxima c). Non addo plura ad confirmandam istam sententiam, praeterquam meam propriam experientiam, dum non semel podagricos ab imminentे malo hac ratione quam felicissime praemunui : et cedro dignam obseruationem LIBAVII de pharmocopola, qui cum Lipsiae esset, inciperetque ne Saraygalveas circa pollicem pedis, consilio accepto a famulo hospitis, subiectum montem curauit sibi scalpello scarificari, et apposita cucurbitula extrahi materiam dolorificam, triduoque conualuit d) : nec non laudati iam saepius PRINGLIJ morem, articulis inflammatis et tumidis hirudines aliquot felici cum successu admouere soliti e). De natura podagrae, requirente omnino ratalem vacuationem, nonnulla quidem adhuc scribenda fuissent ; nec non de praerogativa venaesectionis in brachio aduersus pleuritidem, et insigni cucurbitularum usu, ipsi lateri inflammato, incisa cute, adpositaruntq; sed calamum temporis breuitas nunc retinet.

b) l. c.

c) l. II. c. 10. p. 91.

d) vid. Io. HORNVNGII Cista medica, ep. LXVII. p. 211.

e) l. c. p. 172.



IV.

DE

VANITATE  
REMEDIORVM VNIVERSALIVM

DISPVVTATIO SOLEMNIS

M. FEBR. A. CLXXXVII.

A

FRANC. LVDOV. SCHMITT

PROPOSITA.

ПАЛАТІНА  
РЕДІЦІОРУМ УНІВЕРСАЛІ  
ДІСТАТИО СУДОВИХ  
ІМПЕРІАЛІ  
А  
ІМЕМОВІСЧІ



et quod ab aliis inq. super alium non sive hoc. medicinae et operis  
naturae et ratione et ceteris circumpostis siq. aliis inq. eminenter et cladem

### §. I.

**I**nter varia illa atque numerosa commenta, quibus eheu! ars nostra  
diuina vel a primo inde ortu suo conspurcari iam cepit, quin, vt ve-  
rius dicam, de honestari, haud immerito inane illud de medicina vni-  
uersali sommnum referendum existimo. An detur talis, in utramque  
partem operose quidem satis iam disputatum fuit inter medicos cum  
primis superioris seculi nonnullos, fama et scriptis claros, **CONRIN-**  
**GIVM** *a*), **ROLFINCCIVM** *b*), **SENNERTVM** *c*), **HELMONTIVM**  
*d*), **BECHERVM** *e*), **ETTMÜLLERVVM** *f*): quorum tres illi priores  
non sine ratione negarunt eam dari, ceteris ex aduersa parte stanti-  
bus; adeo, vt nil magis quidquam conferre **ETTMÜLLERVS** ad  
reformandam praxin exaltandamque eam autem marit, quam si remedio

*a) L. de Hermetica Aegyptior. veterum et Paracelsicorum noua Medi-  
cina. Cap. XVII. p. 202.*

*b) in Chymia L. 1. C. IX. p. 22. seq. et in libro, qui de Non entibus  
chymicis inscribitur.*

*c) L. de consensu et dissensu Galenicor. et Peripateticor. cum Chymi-  
cis C. XVIII. p. 213. et diss. de chymicorum, vt vocant, medicina  
vniuersali et auro potabili. Vitemb. 1630. p. 100.*

*d) in opp. passim.*

*e) Physica subterrani. p. m. 635. 641.*

*f) in opp. T. II. p. 11. p. 79.*

generoso vniuersali medici sedulo incumberent g). Neque nostro quidem aeuo desunt, qui non acriter tantum, medicinam dari vniuersalem, contendunt, sed et ipsi conscientes eiusdem se partim gloriantur. Meretur itaque hoc argumentum, quod ipsius utilitas iterum iterumque demonstretur. Sed age ante omnia, quod par est, de ipso vocabulo conueniamus, ut quae ipsi proprie subiecta sit notio sententiaque, constet.

## §. II.

*Medicinae igitur vniuersalis nomine, siue, vt alii eam vocant, Panaceae aut Quintae Essentiae, tale venit medicamentum, quod omnibus morbis profligandis accommodatum dicitur; his tantum exceptis, qui, vt loqui solent, a vicio conformatio[n]is, aut solutae vniuersitatis oriuntur. Et quum propulsis atque debellatis morbis, ipsa similitudin[is] sanitas seruatur integra, vitaque quam diutissime protrahit: hinc sub priori nomine eiusmodi remedium simul significatur, quod longacuitatem vnteribus impertitur. Ut adeo medicina vniuersalis tale remedium audiat, quod non modo accommodatum sit omnibus morbis a caussis internis natis profligandis, sed et potentia instructum, tutum hominem ab his ac integrum ad praeferendum usque a Deo vitae terminum conseruandi.*

## §. III.

Non defuerunt ab antiquissimis usque temporibus neque sapientiae Professores, neque medicinae, iisque singuli ex primo ordine, qui non existere tantum eiusmodi remedia in natura rerum firmiter affirmarent, sed et ipsorum adeo cognitionem partim factitarent, ita,

ut ypsi eorundem ipsam suam, quam adepti erant longaevitatem, in  
 acceptis reserrent. De PYTHAGORA certe memoriae prodidit GA-  
 LENVS, eum aceti ysu scillitici septendecim annos supra centum ac-  
 quisitiisse b). Et de DEMOCRITO, quem cum Pythagora ac *Em-*  
*pedocle* inter Philosophos medendi scientia claros *Celsus* numerat i),  
 narratur, quod cum inierrogatus fuisset, quibus remediis ad tantam  
 aetatem peruenisset, responderit, intus melle, extus oleo. Ab Ae-  
 gyptiis autem maximopere aestimatum fuit τὸ της ἀδαναῖας φάρ-  
 μακον Isidis, omnibus morbis sanandis idoneum. Inter medicos  
 Graecos habebat Hercules, habebat Asclepias, habebat Chiron suum  
 παράνεσ, uti Plinius resert k). Alii circumserabant, eodem teste,  
 Dodecatheon quoddam, duodecim Deorum maiestatem quasi repre-  
 sentans remedium, quod in aquae potum omnibus morbis opitulare-  
 tur. Iterum alii laudarunt ad hunc scopum suum Nepenthes, alii  
 suum Moly, alii suum Pancratium. Inter Arabes dicitur *Euanthes*  
 et *Geberus* Panaceae conscius fuisse, inter Babylonios *Hyparchus*,  
*Alemaeon*, et *Kyrannides*, inter Aegyptios *Ostbanes*. Ex medio  
 auorum aevo *Arnoldus Villanova*, *Raimundus Lullius*, *Ioannes*  
*Rupescissa*, arcani eiusmodi possessores se professi sunt, spiritum yini  
 suum, quem primi praepararant, hoc nomine aegris inprimis com-  
 mendantes. At a nullo studiosius ynquam in eiusmodi remedio inven-  
 niendo laboratum fuit, quam a THEOPHRASTO PARACELSO, quo  
 audaciorem gloriostoremque hominem nulla aetas ynquam vidit; ve-  
 pote qui non solum ynius anni spatio eximum medicinae Doctorem se  
 perfecturum promitteret, sed et singularem ac nouam morbos quos-  
 cunque  
 b) de Medicament. facile parabil. L. III. n. 250.  
 i) Medic. L. I. prefat. p. m. 30.  
 k) Histor. Natur. Lib. XXV. C. 24.

cunque gratissimos curandi rationem, et quod caput rei est, ac quo plurimorum animos sibi deuinxit, lapidis philosophici, quo omnia vilia metalla in aurum mutarentur, omnesque mortali profigarentur, cognitionem prae se ferret ac polliceretur; ut alia portenta, quae iactare non erubuit, artem scilicet aves ex cineribus resuscitandi, aut simpliciter mortuos reuocandi in vitam, et generandi homines absque in mari et saeminea congressu, sileam. Is quoque praeter lapidem illum philosophorum panchrestum, si Dis placet, ebuccinavit Elixirum quoddam proprietatis et hellebore folia, quorum illo tantam longaeuitatem vtentibus promisit, ut, si quis eius ope annos Methusaleam attigisset, deliberare adhuc posset, an diutius vivere velit: his vero tantam facultatem adscripsit, ut non mori posset, qui istis vtratur, antequam centum et viginti annos complexisset. Quae sane iactantia eiusdem rationis est cum prioribus portentis. Neque tamen non similia de his rebus alii quoque ex asseclis suis nugati sunt; ut *Io. Ernestus*, qui tantis encomis extractum ellebori nigri est prosecutus, ut contenderet, protrahi vitam illo posse ad centum et viginti annos, quin vterius senibusque vigorem inde adeo restitui, ut iuuenescere viderentur. Alii huius gregis, ut *Antonius Londinen sis*, *Dien badius*, *Seuerinus*, *Prundekius*, ex auro tinturas potabiles extortas pro panaceis, singulati quisque libello, venditarunt, quae corpori humano auri constantiam et durabilitatem communicarent. *An waldus* vero talem ex cinnabari, croco, et concha margaritisera

vid. eius Tr. de oleis chym. destillat. p. 50. *PERVCIVS* quoque, *Cucus Patauinus*, fidem fecit *Iacob. BARTHOLINO*, quod solo isto hoc extracto cum vino et rosis Germanus quidam sexagesimo aetatis anno dentes nouos et nigres capillos sibi refecerit, ret per plures annos aetatem extenderit. Vid. ei. *Histor. Anatomi. Cent. V. Hist. XXVIII. p. 46.*

confecit. *Cardanus* aquam vitae circumtulit, *Sanctorius* pilulas panchrestas, *Agrippa* vrsi sanguinem, *Bensilonius* et *Iactus* liquorem viuiscum. Priori seculo maxime *Societas Rosencreutzianorum* (si non potius est commentum) inter alia arcana medicinam vniuersalem crepauit, eamque ex metallis productam, cuius vsu consuetos vitae terminos homo transgredi, vitamque suam in mille annos protrahere posset. Quid? quod eo sunt audaciae progressi hi impostores, ut non modo de ipso suorum Magistro atque fundatore *Christiano Rosencreutz* assererent, ipsum centenario maiorem, non morbo villopellente, quem ipse nunquam corpore expertus esset, sed spiritu Dei euocante animam creatori reddidisse; verum etiam ipsis sibi aetatem ducentorum, quin plurium annorum adsignarent, ceu Admonitio testatur, quam dederunt ad discipulos de cauendis falsis fratribus, cui titulus: *Frater non Frater*, quamque ita subscripterunt: *vidit Hugo Alterda, aetatis suae quingentesimo septuagesimo nono. Eduardus Woodstrang, Anglus, aetatis suae quadringentesimo tertio. Zacharias Bentz, Francus, aetatis suae ducentesimo octauo. Iacobus Pecherius, Pomeranus, aetatis suae ducentesimo quinto. Ad mandatum gloriose fraternitatis proprium subscriptis Irenaeus Agnotus. C. W. eiusdem fraternitatis per Germaniam indignus Notarius m).* Eodem acuo 10. BAPTISTA VAN HELMONT, licet acerrimus dogmatum hostis Paracelsorum, non minori tamen audacia posseforem se medicinae vniuersalis iactitauit, hoc nomine et tincturam cedri, in suo Alcahest, quodl occultabat, solutam, et Aroph quoddam mortalibus commendans: sub quo nomine nil nisi tinctura croci, vino

Cana-

m) Inferuit hanc lepidam et senilem fabulam *Ge. PASCHIVS* Tr. de Inuentis nou-antiquis C. VI. § 5. p. 319.



Canariensi, adiecta panis mica similaginei, extracta, latere dicitur; ceu a viro fide digno, qui familiariter cum *Helmontio* vixerat, 10.  
 HENR. SHVLTZIVS accepit; qui nec ipse dubitauit, quod miramur,  
 quin haec tinctura vitae longae et sanae procurandae utilissime adhi-  
 beri posset *n*). Neque nostra demum aetate eiusmodi remediorum  
 iactatores esse desierunt. Inter quos eminet maxime regulus ille in-  
 auditarum gentium *Hultazobius*, qui totam se Europam peruaga-  
 tus, infusum quoddam balsamicum, cuius visu ipse vitam sibi in cen-  
 tum et octoginta annos protractasse gloriabatur, circumulit et quam  
 multis Principibus insigni pretio vendidit *o*). Deinde quoque *Guil.*  
*Ludou. de Knör* ostentauit tincturam solarem et sulphur philosophorum,  
 quod omnibus morbis, et proinde etiam insanabilibus meden-  
 dis par esse, singulari libello est professus *p*). Atque similia nugatus  
 quoque est *Villars*, Gallus, de liquore arcano, quem panchrestum  
 appellabat, ceu referunt auctores *Actorum Wratislauiensium q*);  
 quique reuera nil aliud esse, nisi aqua simplex distillata, nobis vide-  
 tur. Alium denique similem liquorem possidere se iactauit anonymus  
*Franciscus*, eumque singulari libello *r*) commendauit, cui praefixus  
 est index: *Le grand Elixir ou la composition de la Medecine*  
*universelle selon les regles et les principes de la Chimie; cet Elixir*  
*est une panacée propre à guerir toutes sortes des malades; un grain*  
*même de ce secret servira à redonner la vigueur et la plus florissante*  
*jeunesse*

*n*) Praelect. in Dispens. Brandenb. p. 237. Edit. alter.

*o*) Vid. Act. Vratislauiens. 1724. Mens. Ian. Class. IV. artic. 9.

*p*) Titulus libri est: *das nötige nosce te ipsum in Erhaltung der Le-*  
*bensflammen durch eine doppelte Panacée*. Lipf. 1748. 8.

*q*) Ann. 1718. Mens. Febr. p. 710.

*r*) Euulgatus est is liber Bruxellis a. 1729.

jeunesse et elle ne permettra pas, qu'aucun accident fascheux detruise le corps humain pour quelque malignité, que ce puisse être, si non dans le tems preordonné de Dieu. Cette Medecine agit doucement en très peu de tems, ce que les autres remedes ne peuvent faire, qu'après bien de douleurs et un long espace de tems. Sed hoc satis est nugarum de Medicina vniuersali, a prima fere inde periodo nostrae artis ad nouissima vsque tempora protractarum: vt taedat, *Alibaudi ostentationibus*, nemini non hodie notis, tempus ulterius consumere.

#### §. IV.

Nunc ad illam merito quaestionem, quidnam caussae adduxerit proprie mortales, vt in remedio vniuersali consecando tantopere laborarent, deuoluimur. Videntur plures omnino caussae eiusmodi cogitationem menti hominum obiecisse. Atque primo quidem, nisi omnia me fallunt, excitasse homines ad id genus remedia conquirenda videtur desiderium illud viuendi quam diutissime, et per totam vitam incorrupta fruendi sanitatem; quod tam alte cunctis mortalium pecto-ribus infixum est, neque ullam quidem reprehensionem in se mereatur, quum neminem non deceat et amore in se ipsum feriri, et quae vel ab alio accepit bona, aut ipse sibi comparauit, quam studiosissime conseruare. Ut eo magis proinde sanitas cum vita longa cuique optanda sit, quo plus haec omnibus ceteris bonis a summo Numine hominibus concessis praecellat. Quocirca apposite profecto *Theognides* in hanc rem professus est <sup>s)</sup>: *καλλιτον τὸ δικαιότατον, λαῖον δύσκολειν*; nec non *Horatius* <sup>t)</sup>:

Si

<sup>s)</sup> in Gnom. p. 13.

<sup>t)</sup> Libr. i. Epist. XII.

*Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis,  
nil diuitiae posterunt regales addere maius.*

Id autem desiderium, quam diutissime viuendi, morbisque haud excruciali, ex eo maxime videtur suisse accensum, quod datum esse utrumque illud donum a Creatore nonnullis mortalibus animadversum sit; siquidem nullo non aevo longaeui fuerunt deprehensi, iisque partim nullo unquam grauiori morbo per totam suam vitam infestati; quemadmodum nec nostra aetate, accumulatis licet et morborum et mortis caussis, centenarii deficiant, quin nonnulli quoque hanc aetatem plus minus supergressi reperiantur. Ut adeo non mirum sit profecto, quod id cogitationis mortales subierit, confortari forsitan artis ope naturam humanam sic posse, ut par esset iniurias illis, quae ipsam infirmant et aliquando prae mature suppressimunt, ad praefinitum usque a Deo vitae terminum superandis: in primis, quum nec exempla eorum defecerint, qui in certorum usu remediorum ad summum senium se peruenisse, nullo fere non tempore iactitarent (*u*). Accessisse vero praeter ea complures alias caussas, quae cum antiquos Medicos, tum recentiores, ad exquirenda ostentandaque remedia universalia permouerint, ut arrogantiam in primis et priuatum commodum, ego quidem non temere negaturus sum.

## §. V.

¶ Ita sane **Thom. BARTHOLINV**, vir suis meritis olim celeberrimus, concludi posse autumauit. Is enim, postquam nupera longaeuitatis exempla nonnulla allegasset, haec subiungit: *Quin medicamenta currentis naturae cursum subinde adiuuent, dubiari non debet.* Democritus interrogatus, quibus mediis tantam aetatem attigisset, respondisse fertur, intus melle, extus oleo. Riolanus iam senex valetudinem suam crebris venaectionibus adscribit, et quae sunt reliqua l. c.

## §. V.

Ex quo PARACELSVS et qui eum fecuti sunt, Panacearum consciens se sunt professi, aliisque eas venum exposuerunt, argumentis speciosis earundem existentiam, praeter fallacissimorum copiam experimentorum, confirmare exornareque studuerunt. Atque haec argumenta merentur nunc, quae abs nobis paulo studiosius expendantur, quum quid verum sit in ista re, quidue falsum, inde quam optime intelligi queat. *Prima* igitur, ea que speciosissima omnium, quam demonstrationis loco attulerunt, argumentatio haec fuit: Corporis humani natura est omnium morborum medicatrix; natura autem uno aliquo remedio potest integra conseruari aut in integrum restitu. *Altera*: Dantur venena, ut arsenicum, mercurius sublimatus, omnibus hominibus lethalia; datur igitur aliquid etiam, quod saluti sit omnibus, omnesque morbos tollat. *Tertia*: Ignis omnia adurit et dissipat: Panacea est ignis. *Quarta*: Antimonium metalla omnia auro admista consumit, aurumque solum intactum relinquit; datur igitur aliquid, quod omnes corpori nostro admixtas impuritates consumit. *Quinta*: Dantur remedia, singularum partium vitis opposita; quidni ergo reperiatur, quod omnibus in vniuersum sit commodum. *Sexta*: Panis et vinum omnia conseruat; quidni ergo vnicum aliquid medicamentum sanitati conseruandae sufficerit. *Septima*: Vnicus sol vitam praebet; ergo et vnum remedium sanitatem. *Octaua*: Sal omnia a corruptione et putredine liberat; quanto magis igitur panacea.

## §. VI.

Quum deliberatum sit nobis, vanitatem remediiorum vniuersalium hacce commentatione demonstrare; non melius id, neque

commodius fieri posse existimamus, quam si primo, quam ineptae sint omnes illae argumentationes, quas pro adstruendis firmandisque his remediis vulgo afferunt (§. IV. V.), ostendamus: deinde vero firmioribus rationibus, iisque ex ipsa corporis humani, morborumque eius natura desumis probemus, non dari tale aliquod medicamentum, quod omnibus morborum caussis, morbisque inde producatis aduersum sit, toti vero corpori familiare et amicum.

## §. VII.

Etsi ambabus largiamur, in vsu certorum remediorum ad summum senium nonnullos mortales esse peruentos, quid? quod reuenerescere quoque nonnullos visos: id neutquam tamen medicamentis illis acceptum ferendum putamus, sed ipsi potius robori naturae, et si vel isthaec infirma fuerit ab incunabulis, sobrietati et simplici vitaui, animique temperantiae. Consenuisse enim longe plures, etiam infirmos multos, citra vllijs medicamenti vsum, obseruatis dunataxat probe legibus, quas *vix inv* praescribit; multo pauciores vero, quin nullos plane per usurpata medicamina, queis facultas vitam longam procurandi vulgo adscribitur, ex quam multis obseruationibus apparer. De se ipso scribit AVG. THONERV<sup>S</sup>, praeclarus sui aeu Medicus, quod octogesimum aetatis annum non alio pacto, quam accurata diaeta attigerit. En ipsa eius verba: *Ego Euagacioz corporis, a parentibus insitam, accommodata diaeta conseruare suadui, quae optima est nutricula senectutis v*). Scilicet spes prima longaeuitatis omnino est a parentibus. Quemadmodum enim haereditatis iure multi ad nos morbi transeunt; ita eidem summa debemus vale-

w) Vid. Epist. medic. L. V. 4.

valetudinis nobis per naturam concessae praesidia. Patrum igitur nostrorum auorumque longaeorum series merito spem alit, illud quod eorum valetudinem stabiluit, in nostris quoque primordiis radices egisse x). NICOL. LEONICERVS, Medicus Italus haud incelebris, itidem per summam tantum temperantiam abstinentiamque nonaginta annos consecit, rogatusque, quibus remediis comparari posset longaeuitas, respondit, *Viuidum ingenium perpetua vitae innocentia, salubre vero corpus bilari frugalitatis praesidio tuemur.* Non minus denique LUDOV. CORNARIUS, insigne medicinae decus, licet ab ineunte aetate cum iniqua valetudine conflictatus, nihilominus tamen diaetae legibus accurate adstrictus et ad libellam viuens, centum annos feliciter consecutus est y). Nec dissimili ratione plures alii Medici, praeter memoratos, in quibus tamen in praesenti subsistam, per sobrietatem, animique moderationem aliasque cautiones diu et salubriter vitam protaxterunt z). Neque mirum sane, ex modo cibo et simplici inprimis victu, animique temperantia cum vigore, tum longam vitam oriri. Moderatus enim cibus tantum alimenti corpori praeberet, quantum illi vtile et necessarium est; liberalior autem non modo superflua suggerit, sed et noxia eadem reddit, cum non sufficienter subigi queant; unde non possunt non cruditates, et ex his morbi deinceps enasci. Quocirca optime SANCTORIIS; fisciuferis, quotidie quantum cibi tibi conueniat, scies diutissime valetudinem et vitam conseruare a). Inprimis vero simplex victus multum

x) Sunt verba Ill. et Venerabilis RICHTERI, in Diss. de spe et praesidiis Longaeorum ex hoc loco a. 1752. habita, §. II.

y) Vid. Discorsi della Vita sobria del Luigi CORNARO. Rom. 1616.

z) Vid. Io. Iac. BAIERI Epist. de longaeitate Medicorum, vbi plura huius commatis exempla repertus.

a) Medic. stat. Sect. V. aph. 34.

tum consert ad conseruandam valetudinem, perinde atque ad vitam protrahendam. Id quod suo exemplo pecora non modo luculenter testantur, ut poté quae non alia de caussa, quam quod simplici victu et uniformi vtuntur, saniora existunt hominibus, aegrescentia facile, dum composita varietate saginam patiuntur, ceu recte MACROBIVS animaduertit *b*); sed et agricultorae rusticique demonstrant, quorum firmae atque diuturnae valetudinis caussa non alia poterit excogitari, praeterquam simplex ille, quo vtuntur, victus. Quapropter etiam nullum nobis dubium superest, *Hultazobium* illum famosum, de quo supra retulimus, simplici potius victu, quem adhibuit, aqua nempe et oleribus, ad tantam aetatem peruenisse, quam infuso suo balsamico, quod circumferebat. Etsi enim centum et octoginta annos haud attingerit, prout de se ipso est professus; quam certissime tamen centesimum eundem supergressum fuisse, plura, quae de ipsius fatis innotuerunt, testatum faciunt. Et certe non desunt exempla eorum, qui unice mediane tali victu, citra ullam medicinam, vitam protraxerunt; quorum unicum saltem hic protulisse sufficerit: Pauper quidam agricola *Thomas Parr*, in agro Salopiensi Angliae natus, centum et quinquaginta duos annos cum nouem mensibus vixit, et ad annum octagesimum et trigesimum Brentio se opere rusticano exercuit, non aliud cibum unquam appetens, praeterquam lac, butterum, caseum, allium; neque aliud potum praeter serum lactis, raro cereuisiam, nunquam vinum *c*). Quanti denique momenti sit

in

*b*) *Saturnal. L. V. C. 7.*

*c*) Vid. *Anatomia Thom. Parri*, ad finem *L. Io. BETTI* de ortu et natura sanguinis adjunctam. Cuius Parri cadaver, quod obiter hic notasse iuvat, dignatus est cultri sui anatomici honore immortalis ille sanguinis circuitus detecto: *Gu-L. HARVAEVS*, Londini. a. 1635. et nihil quidquam in isto vitiat, praeter cerebrum firmissimum et ad tactum solidissimum, invenit.

in tranquillo animo, sibique semper simili ad praestandam valetudinem, mortisque prolongandam diem, effari vix licet, quum non melius quidquam aequabilem liberumque solidorum fluidorumque corporis humani motum, in quo vita, sanitas, omniumque vigor actionum consistit, sustineat. Egregie facit in hanc rem historia vitae Thom. Finckii, Bartholini, eiusdem cognominis, cui, quam totam igitur, prout a Bartholino consignata est, hic adscribere non poenitet<sup>d)</sup>. Aius meus maternus D. Thomas Finckius annum ingressus erat nonagesimum sextum bac animi constantia, ut diutius vitam in senio protraxisset, nisi febris filum abrumpisset. Per universum vitae cursum a se pompam remouit, et usu rerum ornamenta metiebatur. Teneram aetatem aegritudinibus habuit obnoxiam, ut Medicus curae illius praefectus spoponderit parentibus, omnes itinerum vias, quas emensurus esset, auro se obducturum. Ceterum a longa peregrinatione redux, prognosticum elusa temperantia et morum facilitate. Coercuit luxuriam, gulam temperauit, cui tamen necessaria suggestit, etiam durioris substantiae, quae lubentius audiusque apperebat, quam cupedias; diuitias aequis oculis aspexit, frugalitatem coluit, et animum metu vel gaudio affectum sub vinculis habuit, iracundiam leniuit, aduersitates spreuit, et quum liberorum, generorum, nepotum, abnepotum, affinium, amicorumque saepius funera audiuerit, et inter tot vitae grandaeuae molestias versaretur, constanti tamen animo omnia perpeccus numquam lacrymas fudit, nisi defunctorae coniugis et bibliothecae Vulcano consumtae memoria recurrentis. Haec tenus Bartholinus.

## §. VIII.

d) Hist. anat. Obs. cit.

## §. VIII.

Nec mentio facta medicamenti in tota ista historia. Et profecto, si circumspiciamus eorum exempla, qui medicamentis ad longaeuitatem procurandam usi sunt, ne unicum quidem deprehendere licet, quod vel leuissimam rei fidem faciat. Ipse magister *Paracelsus*, licet vitae longae iactantissimus, confisusque suis renouatiis, quae vocabat, quinquagesimum annum non attigit. Neque alii iactabundi remediorum possellores vniuersalium multo longiorem vitam consecuti sunt, sed mortem pariter in optimo aetatis flore oppeterunt. Nam vero non est, quod cum *Mart. Heorio* tam breuis Paracelsi vitae causas in deglutitos a teneris mercurialium, antimonialium arsenicaliumque vapores, maleque obseruatam diaetam, et itineribus ac infinitis fractum corpus laboribus reiicias *e*). Etiamsi enim is veneno perierit, debuisset tamen illum ab hoc tutum praestare omnium morborum vniuersale remedium. Quod enim contra omnes morbos vallet, id etiam credo omnibus venenis aduersum fore; et nisi hoc praestet, certe non erit vniuersale remedium. Neque aliquid hic facit pro adstruenda remediorum vniuersalium efficacia, obseruata in senibus nonnullis, ista adhibentibus, nouorum dentium proruptio, aut canorum pilorum in nigros conuersio; quale exemplum pro demonstranda Paracelsicae cuiusdam panaceae facultate *Penotus* memoriae prodidit de venerabili quodam Decano, qui mediante huius remediis usi octoginta sex annos supra centum attigisse dicitur, et cuius sepulchro proinde hoc monumentum fuit impositum:

*Hic iacet edentulus canus atque Decanus*

*Rursus dentescit, nigrescit, et requiescit *f*.*

Verum

*f*) Introduct. in Archiu. Archaei p. 74.

*f*) Tr. de medicament. p. 485.

Verum enim vero vitrumque illud non raro et aliis hominibus accidere, circa usum alicuius remedii, observationibus haud paucis constat; adeoque totum hoc argumentum nullius momenti est.

## §. IX.

Progrediendum nunc est ad indagationem ceterarum rationum, quies existentiam efficaciamque remediiorum catholicorum demonstrare istorum ostentatores ac defensores gestiunt (§. V.). Scilicet corporis humani naturam dicunt omnium morborum esse medicatricem; adeoque nullum etiam esse dubium, quin uno aliquo eximio remedio eadem integra conservari possit, aut in integrum restitu. Ast numquis unquam quaeso moriretur, si semet ipsum natura sustinere posset, cunctosque morbos depellere? Ut vero demus, idoneam esse naturam omnibus morbis sanandis; numquid ideo unum aliquod remedium ad sustentandam eam sufficeret? Neque fane vox illa naturae ignem vitalem, ut falso isti conceperunt atque finxerunt, complectitur. Et sit ita, tamen a vero quam maxime abhorret, confortato hoc igne vitali, omnia totius oeconomiae humanae tranquilla et tuta esse, omniaque viscera officio suo bene fungi; in furorem autem acto illo aut alterato, morbos sequi, ceu *Beccherus* adserit g). Ad intentum enim hunc ignem fictitium, hoc est, confortatum, non raro labefactatas actiones animales, perinde atque naturales animaduerdimus; neque semper furem eius morbi excipiunt. Ceteroqui vox illa naturae longe alias causas, quae vitam nobis praestant, easque infinitas sere numero complectitur, quarum plures ex Physiologia,

cui

g) *Physic. subterrani. p. 641.*

cui facem praesert Anatome cum Chemia, Physica, et Mechanica; nonimus, non paucas tamen ignoramus. Has omnes autem uno re-medio conseruare, vel labefactatas redintegrare, ~~et inveneri~~ est. Aeque sutiles reliquae rationes sunt (§. V.). Laborant enim omnes consequentiae vitio, ut in nullum legitimum possint syllogismum cogi. Ad venena enim quod pertinet, licet dentur quaedam, quae omnibus hominibus nocere possint; non sequitur tamen, vitam etiam una aliaque re conseruari posse. Neque quidem quodlibet venenum omnibus animalibus venenum est, sed multa sunt, quae homini duntaxat damnum inferunt, aliis vero animalibus nihil nocent; et conuersa vice. Nec illud sequitur, si ignis omnia adurit: ergo medicamentum exsistit, quod morbos destruat. Etsi vero ignis in medicinae modum vniuersalis ageret, sicque omnia absumeret, quomodo quoquo fieri posset, ut solus prauos era naturali statu alienos humores consumeret, bonis autem nullum inferret damnum. Tantum vero abest, ut consumat ignis omnia, ut potius quam multa, aurum, argentum, vitrum, terram, cinerem intacta relinquat, et ea saltum destruat, quae combustilia atque inflammabilia sunt. Neque vero omnes morbi pendent a materia, quae igne absumenda est. Aeque parum huc quadrat, quod de antimonio, omnia auro admista metalla consumente, aurum vero non destruente, sed purificante, adferunt. Neque enim hoc aliud quam simile est, quod plane non probat, idem a medicina vniuersali in humano praestari corpore. Etenim ideo duntaxat ab antimonio alterari aurum non potest, quod firmiori compositione, quam cetera metalla admixta, gaudet. Probare ergo debebunt, existere talem medicinam posse, quae omnium corporis partium impuritatibus et dyscrasias aduersa sit, omnesque omnino causas

causas morbificas destruat, sicuti antimonium omnia metalla praeter aurum; corpori vero noxam non inferat. Praeterea nec illud sequitur, si dantur medicamenta appropriata: ergo datur vniuersale omnium morborum remedium. Neque enim ipsum antecedens in se obseruationibus responder, vt pote quae ostendunt, nullius omnino partis corporis specificum aliquod remedium prostat, quod omnibus ipsis morbis aduersetur; sed diuersis medicamentis, pro diuersitate morborum eiusdem partis, opus esse, aliis nempe in inflammatione hepatis, aliis in abscessu eiusdem, aliis in scirro, in obstructione aliis. Neque vero est, quod prætexas, remediorum alia *κεφαλικά, σωματικά, πατικά*, quae appellarentur, meruisse. Primum enim nihil horum ita singularis cuiusdam visceris affectibus aduersatur, vt in aliis nihil possit. Multo deinde minus quidquam vsque adeo vni parti corporis deditum est, vt omnibus eius viuis mederi valeat. Non igitur simpliciter quidquam est vel *κεφαλικόν*, vel *πατικόν*; tamen ita præ aliis quaedam nuncupantur, tantum quod in nonnullis et quidem frequentioribus partium illarum affectibus multum valeant. Neque tamen unicum adhuc inuentum est remedium, quod in uno aliquo morbo pari semper successu valeat, optimis et laudatissimis omnem saepe spem deludentibus. Sed plura de ista re inserius. Etsi denique, vt ad reliqua respondeanius argumenta, unus conseruationis modus sit, non sequitur tamen, vnum etiam restitutioonis esse. Et quamquam unus constitutionis rerum modus est, non ideo tamen unus erit destructionis; ergo et pluribus medicamentis opus. Neque sane solus vitæ auctor sol existit. q Salem vero omnia præseruare a putredine, pariter est fallacissimum: siquidem multa omnino sal et corrodit. et destruit. *Et quidem multa omnia leviter obducere aut de cunctis eis inveniri possunt.* *Et quidem multa omnia leviter obducere aut de cunctis eis inveniri possunt.*

## §. X.

Hactenus fallaciam ex futilitate speciosissimorum argumentorum, quibus a famosissimis Panacearum iactatoribus, earundem existentia vulgo solet demonstrata dari, eruimus atque ostendimus. Nunc aliis armis contra defensores istorum remediorum dimicandum est. Ostendendum nempe, permulta esse tam in ipso corpore humano, quam in eius morbis, usum talium remediorum nequaquam admittentia, quemlibetque prudentem de existentia eorundem iure suo meritoque dubitare iubentia. Enarrabimus primo summatim istas rationes nostras, de singulis dein specialiter dicturi. *Prima* est, quod quibus textum est et constat corpus humanum, partibus, tam diuersis mutationibus pateant, ut omnes illas uno aliquo remedio tollere impossibile sit. *Altera*, quod idem morbus a contrariis saepe caussis producatur, effectus autem contrarios edere non possit vniuersale remedium. *Tertia*, quod morbi existant prorsus incurabiles, quin aliquos ne tangere quidem tuto liceat. *Quarta*, quod prudens medicamentorum mutatio in morborum curatione necessaria sit. *Quinta*, quod nullius medicamenti virtus absoluta sit et semper eadem. *Sexta* denique, quod pertinax et continuus cuiuscunque vel praestantissimi usus medicamenti, illud progressu temporis iners plane reddat ac sterile quasi, ita ut nullas amplius mutationes in corpore humano exerat.

## §. XI.

Quod igitur primum pertinet ad partes illas, quibus corpus nostrum tam structum, quam mixtum est; noscendum, non uno modo neque una de caussa a statu suo naturali istas deslectere, sed solidas vel nimia duritie, aut mollitie, aut constrictione laborare, et,

si elatere simul instructae sunt, etiam extensione nimia; fluidas vero vel nimium tenues esse, vel spissas nimium atque viscidas, vel in acrimoniam sive acidam, sive rodentem aliquam degenerare, vel in iusto celeriori motu intestino constitutas esse; vt de vitio abundantiae nihil dicam. Quae cum ita sint, facile quisque intellecturus est, quod vno aliquo remedio singula ista vitia superari non queant. Alia enim in solidis remedia exposcunt extensionis ac duritiei vitia, alia mollitiei atque relaxationis; alia itidem in fluidis desiderantur, si qua tenuitate laborant; alia necessaria sunt ad acrimonias subigendas; alia ad corrigendam spissitudinem; iterum alia ad feroce motus compescendos. Quemadmodum vero ~~adūtator~~ est, vt ab vno aliquo remedio contrarii effectus expectentur: ita quoque remedium vniuersale quoddam omnibus morbis partium corporis humani medendis, quum tantopere sibi contrariantur, vt in solidis relaxatio et durities, in fluidis tenuitas et spissitudo, nunquam conuenit, imo noxam potius adulaturum esset, siquidem, si roborante facultate esset instructum, necessario inde constrictiois vitia et duritiei, si quae adsunt, inde augeri oporteret; & conuersa vice.

### §. XII.

Quin nequidem singularem quemdam morbum semper vno eodemque remedio licet vincere; quae altera est ratio, quae de efficacia remediorum vniuersalium dubitare nos iubet. Etenim a contrariis plane causis idem morbus non raro producitur, ceu v.g. ex scorbuti, colicae et conuulsionum historia patet. Scorbucus enim, septentrionalis maris accolis frequentissimus morbus, modo ab alcalina acrimonia, modo acida, modo murjatica per crassum sanguinem dispersa generatur; adeoque ad felicem ipsius curationem hoc maxime requiri-

Singulares etiam cautiones fusio calcis sive coctio requirit. Ac primum omnium tale vas sive crucibulum desideratur ad hanc operationem, quod omni martiali gleba immune sit; quale est illud, quod ex arena ac argilla pura in Hassia confatur. Secus enim, si nigricantia vasa, quae Cellae figulorum (Haffnerzell), oppido in Austria superiori, & alibi quoque conficiuntur, metallis mineralibusque alias liquandis aptissima p), huic confectioni adaptaris, neutruam vitrum pellucidum obtinebis, sed massam reguli obscuri vel scoriis simillimam. Id quod io. zwelfero inter initia non semel contigit, donec experientia edoctus, imposterum ab his vasis abstinuit, aliaque longe aptiora adinuenit & a figulis confici ex sola nimirum terra figu-

lina pura albescente, & vitro ac silicibus subtilissime tritis, largiter ipsi immixtis curauit r).

### S. XL.

Decenti igne admoto haud difficulter pollen liquatur, diuersos colores successiue adsumens, primo nigrum, splendentem, deinde subflavum, subpellucidum, tum magis pellucentem cum dilutiori rubore, denique prorsus rubicundum ac diaphanum, eumque eo densorem aquabiliorumque, quo diutius igne coquatur. Et eo vsque quoque fusio protrahenda est. Temporis vero mensuram, aequo parum hic ac in calcinatione determinare licet, vt vel ideo auctorum praecelta magnopere inter se discrepent s). Pro fornacis enim capacitate, pro pabuli ignis copia, pro impetu eiusdem, quem alia ipsi adminicula dant, figura inprimis furni atque follis, modo longiore, modo breuiore tempore opus est. Aerem serenum antiqui viri praecise quoque requirebant ad vitrum pellucidum consequendum: sed haec curiositas, vt ex falso ratiocinio enata, ita dudum explosa est. Vnus saltē est MALOVINVS, qui, quod sciam, superstitione adhuc coelum

r) Mantiss. spagy. p. 363.

s) Optimi viri iidemque in ipso opere maxime exercitati, v. C. BASILIUS VS VALENTINVS, LEMERYVS nihil prorsus definierunt. ANGELVS autem SALA tres circiter horas requirit l c. p. 737. BOHNIVS vuam saltem, diff. chym. p. 373. MALOVINVS dimidiam, Chym. medicinale T. II. p. 243; ZWELFERVS quadrantem, Animaduers. in Pharmac. Augst. p. 459. & tantudem etiam MACQVERIVS chym. pract. T. I. p. 390. BOERHAAVIVS semiquadrantem duntaxat; qui vero, vt ipse fateretur, tantillo tempore non pellucidum vitrum, multo minus rubineum, sed obscure flauum ac subpellucens est consecutus. Elem. chem. T. II. p. m. 506.

coelum serenum pro feliori eius conflatione desiderat *s*). Neque obscuritas virri a calcinatione praemature finita, vt nec e diuerso a maiore eius vi pelluciditas dependet, vti **MACQVERIUS** autumat *v*). Utrumque potius unus & solus ignis fusorius praestat, illic moderatus nimis, hic satis validus; adeo vt, fide **SCHROEDERI**, rubicundus vitri color repetita fusione elegantior reddatur *x*). Haec vero cautio, quam **MALOVINUS** tradit, seruanda est, vt ne plus simplici vice eodem catillo ad vitrificationem utramur *y*); quandoquidem antimonium perinde, ac vitrum saturninum, materiem vasis aggreditur, posteaque per eam se penetrat.

## §. XII.

Ne quis vero existimet, antimonii calcem, vi ignis, aequabili-  
ter & semel in vitrum mutari. Pedetentim potius haec mutatio con-  
tingit, ab inferiori parte incipiens. Ista vero, quum sic leuior red-  
datur, in superiorem locum nunc transit, & totam pene superficiem  
occupat, sic tamen, vt maiori copia ad latera, quam super centro  
colligatur. Signa autem vitrificationis ex toto confectae haec fere  
sunt, si stylo ferreo aut argillaceo in materiem inserto, vbiique a su-  
perficie usque ad fundum viscosa deprehenditur, & quod ipsi adhae-  
ret, perspicuum est non modo, sed et in filum extractione extendi-  
tur. Unus est **NEWMANNVS**, qui non fieri posse vitrum ex calce anti-  
monii

*s*) l. c. p. 225.

*v*) l. c. p. 391.

*x*) in Pharmacop. medico-chimic. p. 422.

*y*) l. c. p. 244.

monii contendit, nisi pauxillo borracis, aut sulphuris, aut antimonii contusi infectio z). Non equidem dubito, quin ipso vsu eductus id asseruerit NEVMANNVS, quotidianae licet experientiae repugnet: haud difficile tamen est, causam inuenire, cur vitrificatio per se ipsi haud successerit. Quemadmodum enim NEVMANNVS praeccise eo usque calcinari iubet antimonium pro ipsius vitrificatione, donec in calcem prorsus albam mutatum sit; ita credibile est, ipsum sibi quoque eiusmodi calcem pro vsu suo praeparasse. Quum vero hoc ipso debita portio sulphuris, ad vitrificationem absolute necessaria, dissipatur; mirum non est, ex calce ista per se fusa vitrum non potuisse NEVMANNVM consequi.

### §. XIII.

Multo recentior est vitri ex simplici regulo calcinato confection, quam ex antimonio. Certe nec BASILIVS VALENTINVS, nec MATTHIOLI, nec LIBAVIVS mentionem eius habent: sed, qui circa initium seculi septimi & decimi floruit, ANGELVS SALA primus videot illud perfecisse. Cui deinde plures fidem habentes, nominatim ZWELFERVS a) BOHNIVS b), STAHLIVS c), CRAMERVS d), MACQUERIVS e), ceteri, idem indubitanter asseruere. Nostrae vero fidei non est dissimulare, multum abesse, ut ex toto regulus in vitrum mutetur,

z) in Praelect. chemic. p. 502. 1471. edit. Zimmermann.

a) Mantissa spagyric. p. 364.

b) Dissert. chem. p. 369.

c) Fundam. chem. p. 205. §. 26.

d) Elem. Docimaf. T. I. p. 67. edit. Lugd.

e) l. c. p. 392.

etur, vt ex parte saltem in illud transeat. Quod qua ratione fiat & quo modo nos ipsi hunc laborem perfecerimus, nunc protinus, animaduersionibus quibusdam intersertis, edifferemus. Detinuijmus nempe pulueris regulini quatuor vncias super fornace anemia in patina, versantes subinde rudicula eundem, postquam iam igne supposito fumigare ceperat, donec fundus patellae canderet. Non ita multum fumum regulus euomebat, neque ille erat odoris alliacei, vt nonnulli clari viri contendunt, arsenicales ideo particulas eidem adscribentes f): quarum tamen existentiam nos valde adhuc dubitamus, non ob defectum tantum odoris alliacei, qui etiamsi animaduerteretur, nihilominus tamen nihil probaret, cum & aliae res diuersae talem prodant sine inhaerentis arsenici suspicione, vt ferrum & zincum, dum spiritu vitrioli soluuntur g), & ipsum allium; sed aliorum quoque phaenomenorum, quae, si arsenicale quidpiam adeisset, abesse non possent. Postquam ergo regulus sufficienter fuisset calcinatus, refrierari eum solum ab igne remotum, hoc fine, vt exploraremus, numne pondere, vt fert sententia multorum h), aliquantis per increuissimus. Nec dissimilare possumus, eumdem pondere quatuor scrupulorum cum aliquot granis auctum nobis fuisse deprehensum. Quoniam vero pulueris librationem, prout is a Pharmacopoeo missus erat, non ipsi ante calcinationem suscepseramus, neque adeo certi esse poteramus,

f) v. g. NEVMANNVS in Praelect. chem. p. 1452. & CRAMERV 1. c. p. 68.

g) vid. nostr. Instit. chem. §. 731. p. 367.

h) vid. KVNKELIUS in Laboratorio chem. p. 473. STAHLIUS in experimentis & obseruationibus phys. chem. p. 347. & FREINDIUS in praelect. chem. p. 15.

mus, iustumne pondus, an aliquid plus accepissemus; dubii haesimus omnino, an explorationi nostrae fideremus; quam proinde in aliam occasionem distulimus *i).* Immissum puluerem in crucibulum intra prunas posuimus, ignem paulatim adaugendo, catinumque operculo tegendo & prunis etiam obruendo, ut ad puritatem vitri percoqueretur. Finita hora prima a fusione, nonnihil vitri rubinei, demissò ferreo filo, iam obtinuimus; & postquam per tres horas fusio continuata esset, quartam circiter partem reguli in vitrum rubrum ac pellucens conuersam vidimus; quem ergo protinus effudimus, persuasi, nihil ultra reguli vitrificatum iri. Interea vero, ut nos certiores huius rei redderemus, aliam portionem reguli calcinati, eiusdem ponderis, in furnum folle instructum immitentes, cum antea fornacem anemiam adhibueramus, per sesqui horam decenter liquauimus, sicque primae iam dimidio horae nonnihil vitri

*i)* Paullo accuratius librationem mox repetivimus, quum in meis olim experimentis nullum incrementum, quin decrementum potius animaduertissem. vid. Progr. in quo Experimenta Chemicorum de incremento ponderis corporum quorundam igne calcinatorum examinantur, §. 22. quod secundum locum in hoc volumine occupat. Totidem igitur vncias, quas exacte antea ponderaueramus, super prunis per horam & quod excurrit, denuo calcinavimus, versando subinde puluerem bacillo, quoad patella ignesceret. Qua ratione omnino duo scrupulos cum dimidio supra pristinum reguli pondus sumus assediti. Ut studiose vero experimenta mea olim institueram, neque tamen non superpondium in praesens deprehendi, scrupulosius circumspicere iam incipi causam, quae istam diuersitatem efficaret, & deprehendi, in calcinationis modo vnicce eam esse positam, quum illic regulum in catino fusorio vssissem, & agitationem, vt pote superuacuum, omissem. Nolui idcirco necessarium hoc monitum dissimulare, vt quisque aduertat, quanta circumspectione & prudentia vel in leuissimis laboribus opus sit; quum & apparatus & leuis encheiresis omissa totum nonnunquam opus moretur.

vitri rubinei pelluentis, quod fistulae demissae adhaerens in longum filum ducebatur, consecuti sumus. Sperantes itaque, fore, ut si folle vltterius ignem intenderemus, totus regulus paullatim in vitrum commutaretur, per integrum horam eundem quidem adhuc agitauimus; at nihil vltra sumus adepti. Vitrum vero ita erat viscosum, vt nihil eius e crucibulo efflueret: regulus autem, qui immutatus manserat, tres ynicas ponderauit.

## §. XIV.

Quum igitur nec ad violentum hunc ignem, vt nec supra ad mitiorem, ex toto regulus in vitrum mutari se passus sit; concludere nos posse existimamus, perfectam reguli vitrificationem esse impossibilem. Neque nos rationes huius impossibilitatis deficiunt. Quodsi enim recte vitrificationis antimonii modum concipimus, videatur illa vnicce sulphureis eius partibus, non omnibus quidem illis, sed determinatae saltet earyndem quantitatii, deberi; siquidem, si longiori vstione, qua nimium sulphuris expellitur, antimonium torqueas, quam difficillime id in vitrum abit, nec aliter fere, nisi si quidpiam sulphurei de nouo iniicias. Quum regulus vero perse minorem multo vim partium sulphurearum possidet, quam antimonium in albam calcem conuersum; sequitur omnino, *αἴνιτος* esse, vt ex toto regulus in vitrum conuertatur, sed tantum eius saltet, quantum a pauillo phlogisti, quod ipsi inhaeret, eo disponi possit. Ne quis autem reguli calcinationem pro vitrificatione eius partiali superuacuum existimet! Haec enim ita necessaria est, vt sine ea ne miculam quidem vitri assequaris, sed totus regulus fusione paullatim in sumum resoluatur. Videtur autem calcinatione *φλόγησιν* eiusdem extrorsum verti,

sicque nouam quandam vniōnem vnire cum reliquis partibus, easque, quoad licitum, ad vitrificationem adaptare, quin ipsa illa vſtione maiorem fixitatem, vt vocant, acquirere. Terram autem regulinam in ſe eſſe vitrificabilem, vt BECCHERVIS, STAHLIVS, NEVMANNVS, aliquie contendunt, non facile nobis persuaderi patiemur; quium tantopere experimenta repugnant, nec vñquam terra per ſe in ſuo puritatis ſtatu, hoc eſt, detraheſto principio ſulphureo, aut non fatis extra verſo, in vitrum abeat.

## XV.

Quamquam autem hoc qualecunque corpus, de quo hactenus disputauimus, vitri nomine vulgo appellatur; non eſt tamen existimandum, ac ſi vitro vulgari, quoad indolem ac naturam, conueniat. Neque enim ita fixum eſt ac vulgare vitrum, neque ita immutabile. Multo facilius quoque igne liqueſcit, & fuliginem emittit, quae in hoc non deprehenditur, quod ipsum fixum ac indiſſolutum in igne permanet. Ad haec facile in pristinam formam metallicam reduci potest, quin abs permultis liquoribus e minerali aequa, ac vegetabili regno alteratur, iisque ſimul vomitoriam impertit facultatem. Nequaquam autem veriſimile eſt, antimonium ad clarum, rubineum, pellucidumque ſplendorem vnicę percoqui per partium ſuarum, ratione figurae, ſitus ac magnitudinis, modificationem, vt liberum luminis concedant transiitum. Multo propius a vero abeſt, a ſubtiliſſima ſulphurea portione, per groſſiores partes terreas diſſuſa, id ſimul dependere; par ratione, ac vitrum Venetum, quin ipsum aurum, interueniente ſtan- no, ab aura illa ſulphurea, quae in vitro eſt, rubineo colore tingitur.

## §. XVI.

## §. XVI.

Sunt, qui ad rubineam pelluciditatem vitro conciliandam, aliquid antimonii crudi, v. c. ad calcis antimonii vncias tres antimonii crudi duas drachmas adiiciunt: alii tantillum sulphuris communis, dum in fluore stilbum existit, pelluciditatem tamen speratam adhuc detrectat, frustulatim addunt, quo illud protinus ac in momento quasi depurari, coloremque eius exaltari, scribunt *k)*. Nos vero silentio dissimulare non possumus, in nostris laboribus contrarium potius obtigisse; ita ut vel rubineum vitrum nigerrimum inde factum sit adiecto sulphure, neque vitrum adhuc nigrum claritatem cum rubore assicutum, sed pristinum potius nigorem retinuerit, quin multo nigrerantius comparuerit. Ita autem peregrimus labores: Vitri rubinei vnciam vnam, in puluerem antea redacti, in tigillo liquauimus, liquatoque isti dimidiam sulphuris contusi drachmam inieccimus. Sulphure deslagrato, crucibulum operculo tegimus, & in furno fusorio per integrum horam detinuimus, ut eo melius vitrum tingi phlogisto, & penetrari posset. Finito hoc tempore, vitrum longissima trahens fila, adeoque quam optime percoctum, in vas orichalceum ante calesactum effudimus, quod ex toto vero nigrum apparebat. Alio tempore vitri adhuc nigrum, hoc est, nondum satis percocti, vncias duas in crucibulum candens immisimus, eoque obtecto in fluorem deduximus. Quum sic bene flueret vitrum, inieccimus sulphuris contusi drachmam dimidiad, statimque ac sulphur deslagrari desisset, crucibulum obtegimus, ac vitrum igne per horae quadrantem vehementer ussimus, deinceps effudimus. At nec hoc inde suum depositerat nigrum, sed multo ob-

scurius e diuerso comparebat. Vitrum ergo, quum nec intra breve tempus, vt in hoc labore, nec, vt in priori, intra longum, ad pelliculositatem ac flauedenem, multoque minus ad ruborem, injecto sulphure, reduci se passum sit, quin potius, quod ruberrimum esset, inde dense nigrum factum; non possumus, quin quam ita multi clari viri vitri depurationem nostri sulphure praestari contendunt, pro aliena declaremus. Circa antimonium crudum, quod MATTHIOLVS pro depuratione vitri nigri commendauit *l*), veritus iam est SCHROEDERVS, ne pelluciditatem deprauaret *m*).

### §. XVII.

Nunc ad alias obseruationes cum lectoribus nostris communicandas transimus, quas in vitro antimonii fecimus. Ac primum omnium placet in praesens de his disputare, quae circa digestionem atque coctionem praecipuorum liquorum acidorum, aceti, spiritus nitri, olei vitrioli, aquae regis, vitro adsuforum, obseruauimus. In uniuersum quidem nullum ex his liquidis effervescentiam mouet cum vitro contuso, neque illud ex toto dissoluit; utrinque tamen & in liquore adsuso & in ipso vitro alteratio quaedam, eaque diuersa aliquantum, pro ipsius liquoris diuersitate, animaduertitur, praesertim si coctio accedat, quam nos in vitro minori cylindrico super foculo instituimus.

### §. XVIII.

Acetum ergo vini distillatum, quum ad coctionem super vitro antimonii redigitur, tantam subit cum ipso ebullitionem, vt explosio-

uam

uam eam dices. Ascendunt nempe de fundo copiosae bullulae cum fragore haud exiguo, eaedemque liquorem illum, qui circumdat eas, ad digitum sere supra superficiem attollunt, deinde paullo altius adhuc dispergunt. Acetum autem deponit naturalem suum colorem, & prorsus album, aquae instar, redditur. Etiam puluisculus in fundo subsidens colorem suum subflavum mutat, & gryseus appetet. Illud vero aliquot diebus post colorem suum naturalem recuperat, & praeterlapsis aliquot hebdomadibus cuticulam tenuem in superficie monstrat, hinc inde disruptam & variis pictam coloribus. Oleum tartari per deliquium, quod vocant, nihil inde praecipitat.

### §. XIX.

Dum vitrum nostrum aqua forti super prunis incalescit, granula quasi quaedam ipsius ad superficiem protruduntur, membranulam efformantes albantem, tremoris calcarei similem; quae vero, protracto calore ad ebullitionem usque, iterum disparerent. Ipse liquor autem, quoque ebullit, lacteum prae se fert colorem. Finita coctione, omnis puluis protinus ad fundum descendit, albantis coloris, protinusque in membranulas concretus & maius aliquando volumen prae se ferens. Paullo post etiam spiritus colorem suum naturalem monstrat, totus limpidus & purus, sic, ut etiam salis tartari liquor nihil inde exturbet.

### §. XX.

Salis communis spiritus, accidente coctione, valde bullit super vitro, & nonnihil eius, membranulae forma, impetu attollitur, hue illuc in liquore agitatum. In fundo quidpiam simul dissolui videtur; reliqua

reliqua vero portio spongiosa & albicans appetet. Ipse spiritus nullo modo inde tingitur, sed perdit potius colorem suum naturalem subflaucentem, & albicans sit instar aquae. Altero vero die post dimidia eius pars superior illum iterum consequitur, & successive quoque inferior. In fundo autem visuntur multa spicula salina, teretia, diuidium pollicem quasi longa, & plumosa parumper; aliqua etiam ex ipso vitro quasi efflorescent. Quae cuncta vero ad calorem furni nunc protinus attolluntur, sparsimque in ipso sustinentur liquore. Frigido loco crescit eorundem copia, sic ut tunc se mutuo, at inordinate tamen, attingant, & a fundo vitri usque in medium & paullo supra eleuentur, struem quasi quandam columnularum salinarum repraesentantia. Aliquamdiu, admoto calore, eadem, quotiescumque lubet, disoluuntur, postmodum vero minus. Tumque figuram suam cristallinam prorsus exuunt, ac in mucum resoluuntur, nubeculam laxam albican-tem repraesentantem. Ex superstante & filtrato liquore limpido oleum tartari per deliquium, perinde atque aqua & spiritus vini tartarisatus, particulas albas regulinas, mercurio vitae geminas, extrudit; cum eo tamen, ut spiritus vini actio longe debilior sit, neque, quod decidit, adeo flocculentum, quam quod aqua est praecipitatum, sed multo tenerius appetet. Quodsi ergo hibil prorsus ex spiritu, adsusa aqua, praecipitari, neque soluere quidpiam spiritum, sed discerpere tantum particulas vitri, istudque in puluerem albicantem conuertere, LEMERYVS scribit <sup>n)</sup>; sciendum est, illum non spiritum super vitro, vt nos, coxisse, sed digessisse saltem; quo vero in casu spiritus iste non magis in vitrum, quam alii liquores in alia corpora metallica, agere videtur.

Siqui-

<sup>n)</sup> lib. cit. p. 367.

Siquidem v. c. oleum vitrioli, h̄c menstruum est pro stanno, & spiritus eiusdem pro plumbo, nitri autem spiritus pro argento, aqua regis pro auro, nihilominus tamen hi omnes liquores in dicta metallā nihil valent, nisi vrens calor accesserit (o). *Isolatio super N.*

§. XXI.

Spiritu nitri, quicum laudatus LEMERYVS digesserat antimonii vitrum, postquam dimidiā portionem spiritus salis adfudit, & miscelam bene commouit, vidisse testatur vitrum maximo impetu ab hac aqua regis dissolui, ita ut cum aëstu ebullierit p). Nos vero idem experimentū rēpetentes, nullam prorsus ebullitionē obseruāmus, multoq[ue] minus feruorem. Neque quidquam atraqua, aut spiritus yni tartarisatus, inde ad fundum deiecere.

§. XXIL

Ex periculis adeoque his nostris apparet, cunctos spiritus minerales acque, ac acetum stillatum, vitri antimonii texturam quidem alterare; sic tamen, ut plurimum omnium possit falsis spiritus, non nihil eius omnino soluens, quum reliqui humores illud saltem arrodat: at si aggredi singuli debeant vitrum, coctione opus esse, qua cessante plurimum rursus decidat. Quienadmodum vero hi memorati liquores plus mutant vitrum, quam utrabsq; ipso mutentur; ita vitrioli oleum, de quo nobis adhuc dicendum restat, magis a vitro alteratur, quam hoc

<sup>o)</sup> vid. nostr. Instit. chem. §. 731, 734.

<sup>2</sup>) lib. cit. p. 368. n. II, XIV, p. II.

ab illo. Obseruauimus enim, postquam oleum cum vitro coxeramus, illud refrigeratum grumosum inde factum esse, & melleam quasi consistentiam assecutum, omni licet vitro antimonii ad fundum haerente. Neque fuscus olei color, qui alias coctione perire fuerit, sic dissipatus fuit.

172

## §. XXIII.

Superest, ut qualiacunque phaenomena in nonnullis rebus solidis, vitro permixtis & igni commissis, se nobis obtulerunt, edisseramus.

Evidem non licuit, per temporis rationem, diuersi generis corpora experimentis subiicere: verati saltē sumus in salium nonnullorum applicatione, nitri in primis atque mercurii, quem vocant sublimati; idque hac maxime de causa, ut quae de actione horum corporum auctores memoriae prodiderunt, verane sint an falsa, ipso visu experimur.

173

## §. XXIV.

Nitrum ergo primum admiscuimus antimonii vitro optime percocto, h. e. rubro, pari portione, & misturam in crucibulum intra carbones positum candescentiumque conieccimus, exploraturi, an detonatio aliqua contingēret, quam nouissime adhuc V. cl. IUPHENVS assertum<sup>q)</sup>. At enim vero nihil quidquam eius animaduerterimus. Et quamquam postea vitrum nigrum, hoc est, adhuc crudum, & maiore philogissi copia scatens, tentavimus, sic quidem, ut nitrum ante liqueamus, posteaque vitrum con-

tritum

<sup>q)</sup> in Philosoph. Transact. T. XLVIII. P. II. n. 222. q. 20. ad. 16.

tritum iniiceremus; nihilominus tamen nec sic villam detonationem percepimus. Numne vero sic partes sulphureas vitro abiudicabimus? minime gentium! Supra enim non modo harum existentia clare fuit ob oculos posita, sed demonstrari quoque ea potest experientia, alias adducto, vbi nempe abstractione olei vitrioli super antimonii vitro genuinum sulphur generatur <sup>1)</sup>. Iam vero extra omnem dubitationis aleam positum est, ex acido vitrioli alsoque corpore ipsi commixto sulphur produci, vi ignis, non posse, nisi hoc phlogisto instructum sit. Non ergo carebit antimonii vitrum partibus sulphureis. Enim vero, quum hae nullam subeunt cum nitro detonationem, nostra qualicunque teste experientia; non alienum puramus, hic mone re, quod a detonationis defectu minus recte vulgo conclusio fiat ad defectum phlogisti in corporibus <sup>2)</sup>. Neque LEMERYVS quidem in antimonii calce, phlogisto licet diuinitiori, detonationem animaduertit <sup>3)</sup>.

## §. XXV.

Vitrum antimonii cum duplo triploque nitri fusum in antimo nium diaphoreticum transire, LEMERYVS <sup>4)</sup> quidem, atque STAHL

<sup>1)</sup> in Institut. chem. §. 731.

<sup>2)</sup> Nuper demum super phlogisto argillae eiusmodi lis orta est, inter binos viros in celebritate versantes, ELLERI V M atque POTTIVM, quo rum hic ideo negandum illud autumauit, quod cum nitro argilla non detonaret. vid. EI. Animaduers. circa variashypotheses & experimen ta ELLERI p. 18. 72. cf. etiam die Neue medicinische Bibliothec. T. II. P. II. p. 144.

<sup>3)</sup> i. c. p. 328. & 343.

<sup>4)</sup> ib.

LIVS x) contendunt; at nobis non ita videtur. Nitrum enim, quum detonationem cum antimonii vitro non subeat, in texture sua prorsus non alteratur, neque adeo vitrum in calcem regulinam potest conuertere. Quo circa cum omnes conditiones hic desint, quae ad confectionem antimonii, quod vocant, diaphoretici requiruntur; nein nobis temere persuadebit, ut hanc misturam pro antimonio diaphoretico habeamus, aut hoc nomine eandem nuncupemus, in primis quum LEMERYVS testetur, eam ad quatuor vel quinque grana vomitionem ciere & alum delicere: quae facultates profecto quam longissime ab antimonio diaphoretico absunt.

### §. XXVI.

Flores etiam regulinos, in vitri fusione adscendere vasique adhaerere solitos, in tigillum candescentium nunc cum nitro conieciimus: at nec hi praestitere detonationem, neque denuo in altum sublati sunt. Qua in re ergo cum floribus Zinci conueniunt.

### §. XXVII.

Si quid vñquam ratione vt cum maxime consentaneum videatur, certe hoc puto erit, quod antimonii vitrum permixtum mercurio sublimato, ab hoc in butyrum, vi vocant, admoto igne dissoluatur; utique cum id STAHLIVS, cui plenam fidem plerique habent, profiteatur y). At nihil magis esse, quam hoc, falsum, experimenta nostra, bis repetita, nos docuere. Itaud aggreditur sal vitrum nostrum, vt quidem regulum adgreditur, quem frigido loco adeo ad delique-

x) in Fundam. Chem. p. m. 209.

y) ib.

scientiam disponit; neque vicissim vitrum ipsius missionem igne disiungit: sed is totus quantum iterum in altum seratur, relicto omni vitro. Videtur equidem STAHЛИS errorem suum postliminio agnouisse, quum alicubi contrarium testetur, nempe antimonii vitrum missione cum mercurio sublimato atque distillatione in butyrum haud facesse. <sup>2)</sup> At loquitur tamen hoc loco dantaxat de vitro illo, quod ex regulo paratur, eoque quidem repetita calcinatione destructo, ex sua quidem sententia.

<sup>2)</sup> In dem Bedencken über Bechters Naturkündigung der Metalle p. 187.

S. XXVIII.  
De illis rebus, vnde praeter antimonii eiusque reguli calcem, idem vitrum parari possit, dicenda quaedam nobis supersunt Fieri hoc posse, certis encheiresibus, ex cerussa antmoni, bezoartico minerali, antimonio diaphoretico, hepate antimonii elixiuato, quem crocum metallorum vocant, item ex antimonii regulo medicinali, residuo kermes mineralis, & mercurio vitae, multorum clarissimorum virorum fide constat. Ut vulgarissimum autem est illud de mercurio vitae, ita unum illum in praesens vitrificationi libuit subiicere. Et quum quaedam in hoc opere abs nobis obseruata fuerunt, quae nondum plene ad memoriam mandata sint; protinus illa subnectemus. Liquatur scilicet mercurius vitae paucō interuallo, & magnam vim vaporum eructat, qui suscepti inuerso crucibulo in tenerrimas cristallos concrescunt. Ipsa vero calx quo plus sumat, tanto magis successive indurescit, ita, ut omni sumo cessante vix fortiori igne liquet. Quapropter, cum pene vapores non amplius effterri videoas, materi-

am protinus effundit. Nostrum vitrum erat fragile, coloris ex flaco albicantis, & ad marginem succinei ac pellucidi a): at idemque diffractum in medio quasi globulum reguli continebat, hac fusione reducti. Quo nostrum adserum, restituì aliquando calces metallicas, liquoribus acidis paratas, sola fusione, absque adiecto corpore alcalino, dilucide confirmatur b). Sed haec pauca de innumeris dixisse sat fuerit.

a) Album esse dicit **ZWELFERS** in Mant. spagyr. p. 364. At hoc vero nondum satis est percoctum; sed initia tantum ~~in~~<sup>ad</sup> **lōctes** concepit.

b) l. cit. §. 792.

VI.  
PARALIPOMENA  
DE  
VOMITORIORVM VSV  
DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA  
QVAM  
MENS. SEPT. A. MDCCCLVII.  
PVBLICO EXAMINI SVBMISIT  
*DANIEL PHILIPP. ROSENBACH*  
*MUNDENSIS.*

IV  
PARATIPOMINA  
de  
VOMITORIUM AVSA  
DISSECTATIO INAGARVIT MEDICY  
649  
MENY 2347 A. MDCCLXV  
GARIGIO EX VIMINI SAVINISIT  
DANIEL PHILIP ROSSETTI  
EDWARD



§. I.

Vomitoriorum usus utcunque late patet in permultis morbis, febribus intermittentibus, continuis, malignis & exanthematicis, aliis fluxibus, cruditate ventriculi, pituitae in pulmonibus congesione, catarrho suffocatiuo, apoplexia, vulneribus capitis, veneno hausto, melancholia, insania, morbo comitiali, soporosis affectibus, longis morbis, inflammatoriis denique pectoris & amaurosi: attamen nondum satis istum extensem esse, quin alii possit pluribus morbis conuenire, plures nobis obseruationes persuadent. De his vero morbis, quum sparsim saltem obseruationes apud auctores occurunt, eaque abs plerisque adhuc vel prorsus ignorantur, vel non decenter atque digne satis considerantur, propositum mihi est, in hoc specimine inaugurali praestantiam vomitoriorum ac tutum eorundem usum in morbo laterali aliisque ex supra memoratis, aduersus quos nonnullis adeo periculosus habetur, partim vindicare, partim vero arctioribus limitibus includere. Priusquam vero id aggredior, non alienum erit, quae-dam tum de his, quae in vomitu contingunt, tum de ipsius effectibus in corpore humano praemonere.

## §. II.

In vomitu ergo, vt quisque facile vel in se vel in alio istum experiente, obseruare potest, haec omnino fiunt. Primum nausea percipitur & tenuis lympha subito in os confluit, labrum inferius, imo saepe tota maxilla inferior, contremiscit, tumque breui post lacuis saepe eorum eructatio, quae in ventriculo continentur, succedit per solius quidem ventriculi conuulsionem. Saepius vero totum quasi abdomen intro rapitur, inferius pectus constringitur, maximoque cum impetu contenta in ventriculo, intestinis aliisque eo se euacuantibus visceribus expelluntur, & haec quidem omnia a contractione conuulsiva non ventriculi tantum, sed etiam faucium, oesophagi, intestinorum, septi transuersi, & muscularum abdominis, cuius tum ipsi sensum habemus, tum in humido ex constrictis partibus valide expulso, notam vix yngquam fallentem. Inter haec vero in vomitu caput & collum intumescit, oculi fulgent & lacrymantur, facies intense rubet, roridus humor ex cure emanat, ex naribus faucibusque mucus exprimitur, & finito tandem vomitu leui saepe tussi ex thorace spissus humor atque tenax extunditur. Ad haec spiritus altius in pulmones descendit, pectus celerius fortiusque concutitur, cor cum annexis arteriis agitatur, & sanguis vehementius calet fereque incendiatur, in capite potissimum & superioribus corporis partibus, quum inferiores potius frigent, aut certe minus calent ac tremunt. Tandem repetitos hosce aliquoties motus conuulsivos sequitur quies cum lassitudine, & sensus aliquis obtusus caput, fauces, stomachum, imum ventrem ac diaphragmatis ambitum occupans, illi fere geminus, de quo ex itinere aut nimio labore delassati & quasi fracti, vt epileptici post superatain accessionem, conqueruntur.

## §. III.

## §. III.

In vomitu ergo, quum ventriculus non modo conuellitur & evacuatur, sed & aliae partes, tam in imo ventre quam in aliis cavitatibus sedibusque locatae, afficiuntur, haud difficile est ad intelligendum, vomitum vtilem esse his, qui vel nimium se replerunt, vel parum concoxerunt: nam siue plus est, quam quod concoqui possit, periclitari, ne corrumpatur, non oportet; siue iam corruptum est, commode id etiam eiicitur. Illis porro vomitus proficius est, quorum ventriculo huicque annexis intestinis & iecinori noxiū aliquid inhaeret, grauitate praecordiorum, amaris rusticis, nausea, frequenti saliu, aurium sonitu vel madore oculorum manifestatum. Bilis quidem & pituita, vomitu vt plurimum reiecti humores, aliquando in ventriculo continentur, vt plurimum vero vi muscularum abdominis ex hepate in intestina & ex his in ventriculum resiliunt, tandemque ore reiciuntur. Quapropter cum febres intermitentes, acutae malignae, insania, melancholia & alui fluxus ex his fontibus propullulant, non mirum est, medentes in his tollendis ad vomitum, tanquam ad sacram anchoram, consurgere.

## §. IV.

Neque vero ad superiorum partium, capitis, faciei, oculorum & pectoris morbos nonnullos vel superandos vel leniendos saltem nihil vomitiones posse, ex nonnullis eius phaenomenis (§. II.) coniiciendum est. Etenim quod ad morbos capitis pertinet, in illis maxime vomitum conuenire, qui ex consensione cum ventriculo fiunt, cuiusmodi sunt subinde cephalalgia, vertigo, tinnitus aurium, apoplexia, nemo temere negabit. Per vomitum enim dum purgantur

humores, qui stomacho inhaerentes, neruos afficiunt, per quos magnus ipsi cum encephalo consensus est, ipsi hi morbi desinunt, a stimulo isto eminus producti. Quid? quod ubi a pituita ipsos capitum neruos & neruosas partes aggrauante orti sunt, similiter per vomitum solutionem exspectare possumus, mucum naribus & oculis serum experimentem. Sic via aeque stagnantibus humoribus ad exitum per vomitiones paratur, quam motus acceleratur, siquidem impulso fortius ad caput sanguine, eiusque recursu per venas impedito, ob respirationem sub vomitu sublatam & pectus angustatum (§. cit.), quicquid ibi restagnat, vehementius concutitur prope liliturque. Insignem eiusmodi humorum obstruentium in capite, quam vomitiones causantur, agitationem cognoscimus ex molissimarum partium, neruorum nempe, obstructionibus inde sublati, velut ex amauroseos curatione per hoc auxilium constat. In apoplexia, morbo prorsus neruoso, qui longe frequentius ex vitio quodam imi ventris & spastis inde illatis pathematibus oritur, quam ex inquilino encephali vitio, aut ex simplici sanguinis vel seru versus cerebrum congestione, ut potius exinanitionem vasorum eiusdem subinde accuses, vomitoriorum usum praestantissimum esse, quis non videt? Quodsi autem festinanter ad hoc remedii genus confugimus, neruis impressum vitium validiori concussione, non minus quam inutilium humorum euacuatione, detergitur & spasti soluuntur. Siue vero ab inanitione vasorum encephali morbus proficitur, cuius exemplum legas in *Act. Nat. Cur. vol. X. pag. 117.* siue a repletione eorundem atque nimia distensione, utrobique vomitoria conueniunt. In primo enim casu orbatum sanguine ἐγκέφαλον, eodem denuo, per affluxum, quem vomitorium praestat, iterum repletur, in altero vero distenta eius vasa nimium ita agitan-

agitantur, vt restituto ipsorum fibris tono propellere sanguinem possint.

## §. V.

Quantopere vero sanguis in encephali vasis quiescens, per vomitum vrgeatur, iterumque reddatur mobilis, luculentius monstrare nihil potest, quam effectus vomitoriorum in sanguinis post iectum in capite stasi. Non raro contingit, vt caput iectu vel lapsu ab alto laesum, etiamsi os fractum non fuerit, aut defederit, nihilominus omnia symptomata sequantur, quae nonniisi ossium fracturam vulgo existimantur comitari; quorum praecipua haec sunt, turbae sensuum, linguae aliorumque membrorum, directi vel oppositi lateris, resolutio sanguinis per nares & aures profusio, vomitus biliosus, mens alienata, sopor & dolor in parte, qua caput iectum fuit, quamque tangere aegri perpetuo adfalent. Quae atrocia symptomata in mortuorum corporibus inuenta sunt a quiescente in vasis, aut ruptis iisdem, effuso sanguine sub caluaria, prouenisse. Ista vero qui curare vult, non alia remedia afferre deberet, quam quae quiescentem sanguinem tollunt, cui quidem scopo repetitae sanguinis depletiones inseruiunt, atque emetica, quae in vasis quiescentem sanguinem soluere, mobilemque reddere solent. Id quod inter alios Cl. BOVDOV singulari memorabilique casu testatur in *Mem. de l' Acad. de Chir.* T. I. p. 119, vbi in homine ex alto in caput delapso & memoratis supra symptomatibus vexato, vena sexies secta, nihil efficere poterat, donec bis tartaruni emeticum ipsi exhibuisset, ex cuius vsu mox signa quaedam incepit sensum restitutorum edere.

## §. VI.

Sed ad illos morbos pergo, in quibus vomitorium vsum vulgo saepe negligi, supra a me scripum (§. I.) est, quamvis multum omnino in ipsis proficiat. Sunt nominatim spasmus maxillae inferioris, conuulsiones instantum, pleuritis siccä, tussis clangosa, angina gangraenosa, sebres verminosae, hemeralopia, nimius fluxus mensium, herniae incarceratae, denique saliuatio in inunctione mercuriali retardata. De quibus protinus specialiter dicam.

## §. VII.

Non alienum esse vomitoriorum vsum in spasmo maxillae inferiores si rectius musculorum, qui ipsis eleuationi inseruiunt, nostratis das *Wangenschürgen* dicto, nemo temere negabit, qui bene & accurate ad ortum huius morbi valde diri & acuti attenderit. Frequentissime is infantes recens natos & lac sugentes, rarius adultos & senes corripit, plerumque lethiferus. Clandestinas insidias initio struit sub variis spasticis pathematibus, rubore faciei fugaci, doloribus ventris, urina alba, alio segniore, progressu vero subspumosa, iectigatione corpusculi, pauoribus. Quibus quasi praeuntis paullatim difficultas quaedam fugendi & deglutiendi accedit, sic ut lac per narcs cum tussicula & singultu reiiciatur. Immissio in os digito, maxilla difficulter ipsi edicit, respiratio sensim fit anhela, spastica & gemebunda. Procedente morbo maxilla adeo adstringitur, vt vix immitti cochlearis manubrium queat, sudor superioribus emanat, collum immobile sit, iuncturae artutim sere contrahuntur, facies rubra tumet & rubicundis maculis obsidetur. E naribus ante siccis colluviis quaedam viscosa stillat, abdomen & praecordia paullatim tument, dolentque,

urina

vrina crocea & faeces grauiter foetidae clanculum elabuntur, foeti-  
dissima quoque nonnullis per vomitum relicuntur, dentes strident,  
labia liuent, vel etiam distorquentur. Inter quae stupidi & soporosi  
miselli iacent, & maxillis tandem consertis sub conuulsionis cuiusdam  
paroxysmo, aut inter lento respirationis atque spasticos pectoris mo-  
tus animam emittunt, decimo quarto die vel citius. Atque his phae-  
nomenis inter se rite comparatis, non difficulter intelligitur, multum  
eadem commercii alere cum febribus malignis, & somitem diri mor-  
bi haerere in primis viis, quo nerui sympathici varie afficiuntur; per-  
inde ut in his febribus, quibus ipsis tanquam symptoma idem inter-  
dum accedit, non minus quam febribus intermittentibus soporosis &  
post grauiorem iram, quo in adultioribus praesertim excitatur. So-  
let ipsa interdum natura, licet rarissime, morbum solvere exanthema-  
tibus, modo per sebrem ad cutem propulsis, modo sine ea. Quae  
cuneta si iusta mentis trutina penititiantur, inprimisque respectus habe-  
tur foetidae illius proluuiei vomitu & aluo redditae, nullum dubium  
relinquitur, emeticam medicinam auxilio esse, qua quippe, quidquid  
& in primis viis haeret somitis, & ipsis humoribus iam insertum est  
neruosque afficit, commodissime destrui & euerri potest. Dolendum  
saltem magnopere est, plerumque frustra vel sero ninis opem reme-  
diis istis parari, quod tectis signis clanculum fere obrepit malum.  
Neque vero quis tantam emeticorum vim esse existimet, ut omnes cau-  
fas istiusmodi spasimi submouere possint. Non raro enim & abs sup-  
pressa respiratione, a frigore, a cohibito catarrho, a vulnere & fra-  
ctura tum ipsius maxillae, tum extremarum partium, id malum suum  
ortum trahit, vbi parum vel nihil prorsus hac medicina efficitur.

## §. VIII.

Vt spasmus maxillae inferioris, ita etiam caeterae conuulsiones infantum persaepe natales suos ex primis viis ducunt. Tenerior fibrarum neruearum habitus indigestique alimentorum succi, horumque facilis in dyscrasiam acidam mutatio, frequentes & efficacissimae istiusmodi affectionum in tam tenera aetate, quam ab anno primo ad septimum extendimus, existunt causae. Quocirca ad hunc fontem vnicore respicere oportet illum, qui haec mala vel praecoccupare vel submouere, adeoque irritantium humorum euacuationem, qua fieri potest, via breuissima moliri velit. Hoc autem nomine cum emetica medicina omnibus aliis palmam praecripat, ad hanc inprimis consuge-re debemus, eoque magis, quo expeditior est infantum ad vomitio-nes dispositio, & ipsa natura sere quotidie, etiam in optime valenti-bus, onerantes succos hac via sine omni molestia excutit. Quodsi vero vñquam naturae vestigia in curationibus medico premenda sunt, certe in hoc erunt, praesertim quum facilius longe & citius humores acres euacuantur, quam absorbentibus & demulcentibus alterantur: neque pertimescenda est mollities & teneritas viscerum, concusso-nes istas, vt nonnulli ratiocinantur, non sine noxa ferentium. Illud vero adhuc quaeri potest, an tutius sit in ipso impetu, quam extra il-lum, medicina emetica vti? Extra paroxysmum quidem admittere eam duntaxat **HOFFMANNVS** videtur, cum in *suppl. med. syst. c. 7. p. m. 60.* scribit, quando lac crassum & copiosum mali causam suppeditat, & ventriculus in tali statu a lacte stagnante & coagulato multum infarcitus est, siue lene emeticum extra paroxysmum oblatum prodesse. At enim vero Cl. BROVZET non solum impune, sed etiam magna cum euphoria illud dedisse in ipso impetu testatur, vbi sensu

sensu & motu priuati infantes, & extrema iam frigida fuerint, sic vt fere hibil' vitae amplius supererit visum sit. (*Essai sur l'Education medicinale des Enfans, & sur leurs maladies T. II. p. 10.*) Et videtur omnino in hoc statu auxilia cum celeritate rapienda esse, quum magnus metus sit, ne ipsi infantes iugulentur. Leuioris momenti quaestio est, quibusnam rebus conueniat vomitum infantibus excitare? quum alii hypcacuanham tantum commendent, vt HARRIS de morbis acutis infantum p. 36. Edit. Lugdun. c. opp. Mortoni, alii tartarum emeticum, vt HOFFMANNVS & BROVZETVS, alii sulphur antimonii auratum, vt CLACIVS in Act. med. Berol. Dec. II. vol. IV. p. 91. Nobis quidem singula ista arrident, neque selectus aliquis necessarius videtur, quum singula suam energiam medentibus probauerint. Commodissimus interim tartarus emeticus in pauxillo aquae solutus, vel etiam syrpus emeticus videtur, propterea, quod ob exiguum molem facillime & sine villo fastidio vterque infantibus exhiberi possit.

## §. IX.

Aequo proficuus, quin necessarius est, vomitoriorum usus in pleuritide & pleuropneumonia sicca, diro admodum morbo, in quo dolor pectoris consuevit esse fixus, pungens, acerrimus, tussis perpetua, asperrima, nihil prorsus vel parum saltem spumosi extundens, respiratio difficultis, suspiriosa, anxia & fere erecta. Quae cuncta pattemata, ni fortissima remedia, quae sanguinem vehementer impactum resoluunt, adhibeantur, hominem breui tempore, & interdum iam primo die, vel ad summum quarto pessundant. Morbi enim laterales siccii, & in quibus nihil expuitur, grauissimi sunt, teste HIPPOCRAT.

TE Coac. praen. 381. Vix autem liberales sanguinis missiones in brachio tum sufficiunt, nisi ex ipso loco affecto per cucurbitulas cum simul saepe educas, prætereaque vnum vel alterum præbeas vomitorium, ad quod in primis sulphur antimonii auratum cum aliquot granis ipecacuanhae insigniter prodeſſe nouimus. Vomitoria quidem non nulli tanquam periculosa & nociva in hoc morbo damnant, & audaciae eos accusant, qui tam anceps & funesti euentus remedium commendant, quem materiam pleuriticam alte partibus thoracis iam impactam altius infigat, inflammationem augeat, vasaque sanguine crasso ultra modum distenta facilius disrumpat & miserum aegrotum lethali haemoptysi & vomitu cruento haud facile compescendo necet. Verum qui tales periculosos effectus ab emetica medicina metuunt, ratiociniis nimium indulgent. Experientiam si consulimus, omnia alia reperimus. Imo vero aequa facile effet ipsiſis ratiociniis & multo quidem firmioribus præstantiam & tatum usum vomitoriorum comprobare, ac ab aliis is damnatus fuit. Non immorabimur vero illis, quod a doctissimo quondam viro IVSTO GODOFREDO GÜNZIO haec demonstratio iam suscepta fuit in *dissertatione de usu vomitoriorum*, quam Io. Ehrenfried Geisler e cathedra proposuit Lipsiae 1746. §. 10. & 11. Et HIPPOCRATES iam enixe vomitum commendauit, quum aegri sufficienter spuere nequeunt (*L. III. de morb.*) quem itaque maiori iure, quum nihil aegri exspuunt, indicari putamus. Inter plures vero obseruationes vnicam illam excitare lubet, quam Cl. ADOLPHI in *Act. Nat. Cur. vol. X. n. 11.* inseri curauit, vbi testatur, quoties a venae sectione atque reliquis medicamentis appropriatis nulla excretio sputi neque cruenti neque purulentii succederet, & nausea ruſtusque acerbi moleſte vrgerent, ab exhibito leni vomitorio melius

melius se protinus habere aegrotantes & sufficientem expectoratio-  
nem succedere. Ceterum vomitoria scias in pleuritide etiam humida  
eximie prodesse, vbi in progressu morbi pectus nimio viscido opple-  
tum est, & aegrum suffocatum iri metuimus.

## §. X.

Ad alium dirum refractariumque morbum progredior, tussim  
nempe clangosam, serinam, conuulsuam, Gallis *coqueluche* dictam,  
quae tanta corporis concussione affligit, ut facies humoribns turget,  
& violaceo quasi colore suffundatur, oculi vero promineant & lacry-  
mas fundant, suffocationisque periculum non raro immineat. Infan-  
tes maxime haec tussis inuadit, & ad plures menses torquet, funesta  
multis. Non raro epidemica est, interdumque abs morbillis relin-  
quitur, vel eosdem praeccedit. Sicca autem est plerumque vel pau-  
xillum saltum humoris serosi aut viscosi citat, cuius quidem magna  
admodum vis in bronchiis haeret, ut ex strepitu in pectori inter tus-  
sendum cognoscitur. Nonnullis sub ea sterlus & vrina clanculum  
elabuntur, vrina vero ipsa tenuis est, & aliis adstricta, extremaque  
perfrigerantur. Nonnullis sanguis ex naribus, aliis ex pulmonibus,  
oculo, labiisue prorumpit. Non raro quoque singultus accedit &  
febris, stomachusque subuertitur. Progressu temporis in aliis sequun-  
tur paralyses membrorum, in aliis memoriae & iudicij iactura, in aliis  
rhachitis; plerique vero tabe vel pulmonum vlcere, vel haemoptysi  
aut conuulsionibus, subitaque suffocatione extinguuntur. Per totum  
vero decursum morbi respirandi difficultas, raucitas, laffitudo, inap-  
petentia, inquietudo & vigiliae vrgent, ac inter tussendum molestus  
sensus in profundo loco & inter praecordia percipitur. Non iu-  
uant hic pectorantia medicamenta, nec muscus arboreus, nec lac-

nec pulegii succus aliaque specifica, nisi simul ad vomitoria consugi-  
as, eaque iterate praescribas. Altius enim longe impacta est laryngi,  
tracheae & tubulis bronchialibus materia aeris hanc tussim creans,  
quam ut pectoralibus medicamentis & demulcentibus subigi atque al-  
terari possit. Quin & ex imo ventre, stomachoque in primis natales  
suos dicit, ceu ex impotentia & molesto inter praecordia sensu aliis-  
que symptomatibus appareat. Quapropter fortiori cuneo hic opus,  
sine quo vix ac ne vix quidem vnuquam malum profligabis, licet nec  
sic quidem speratam opem semper allatus sis. Nec sine ratione er-  
go vomitoria in hoc morbo Cl. BOVRDELIN laudauit, in quaestione:  
*An tussi puerorum clangorae, vulgo Coqueluche, emesis?* Par. 1752.  
Is quanquam in eo errasse mihi videtur, quod vnicce ex ventriculo ma-  
lum deriuaret, tamen hoc nomine recte vomitoria ad eliminandam  
morbi causam commendauit, specialiterque Kermes sic dictum minera-  
le, cuius granum vnum ad quatuor in duobus vini & aquae cochlea-  
ribus cum pauxillo sacchari mixtum sic diuisit, vt omni horae quadran-  
te, quantum capit cochlear, exhibuerit: vbi vero mitior desideraba-  
tur effectus, dimidium saltem grani vel vnum tertia quavis hora vel per  
se vel cum oleo amygdalarum dulcium aut conseruis praebuit. Quam-  
uis autem alia medicamenta, diluentia, absorbentia, anodyna & la-  
xantia non excludat, vomotoriis tamen in caufa huius tussis tollenda  
plurimum adscribit. Insigniter etiam emeticas medicinas in hoc mor-  
bo praedicauit Cl. NAVIER in *dissertations en forme de lettres sur*  
*plusieurs maladies populaires, qui ont regnées depuis quelques an-*  
*nées à Chalon-sur-Marne & dans une partie du Royaume.* Par.  
1753. p. 245. & specialiter hoc nomine acetum scilliticum com-  
mendauit, cuius usum omnino non improbamus, de excellenti radicis scil-  
lae

lae incidendi virtute verissime persuasi. Testatur etiam Cl. BROVZET I. c. T. II. p. 25. se interdum vnico vomitorio exhibito hanc tussim prosligasse. Denique Cl. VNZERVVS vomitoriorum usum & in primis sulphuris aurati antimonii enixe laudat in *promptuario Hamburgensi*, vol. VIII. p. 370. & fidem ibi facit, ad pertinacissimam tussim a morbillis relictam saepeque mortem arcessentem, non efficacius se reperisse remedium, quam sulphur istud auratum ex tertia praecipitatione, bis terue, interiecto aliquot dierum interuallo, datum infantibus ad vnum vel duo grana, adultioribus ad quatuor, vel per se vel cum aequali portione faliis mediis.

## §. XI.

Sequitur vomitoriorum usus in angina speciatim gangraenosa, quae ultra centum & quadraginta annos permagnam Europae partem, in primisque Italiam, Angliam, atque Galliam deuestauit, & accurate nobis descripta fuit primum a SEVERINO, deinde nouissime a FOTHERGILLIO, CHOMELIO & MALOVINO. Ita autem decurrere haec consuevit: Aegri derepente faicum calore cum dolore linguae prehenduntur, columella elongatur & tonsillae inflammantur, inflammatione mox in gangraenam prona, quam macula alba, aphthae similis, praesagit. Primis diebus febris peregrina tenet, post tertium quartumue diem crescens. Ex ore putridus odor & contagiosus spirat, tonsillae humore acri foetidoque intumescunt, & macula prius alba ibi conspicua in crustam resolutur gangraenosam, quae mox renatura sensim abscedit. Primo iam die interdum haec crusta formatur & decidit, sanguis nonnullis e naribus fluit, grauedo accedit, vclus ad tracheam descendit, cuius membranam internam exedit, & ita

corrumpit, vt frusta eius quaedam tussi relictantur. Interdum in sola trachea inflammatio sedem figit, quo easu deglutitio sine omni difficultate peragitur. At siue hanc solam, siue simul fauces occupat, sine corruptione vix manent pulmones. Nigra atque foetida per aluum descendunt; extrinsecus in collo interdum tumores efferuntur, maximo & salutari aegrorum leuamine, velut in aliis quoque anginae speciebus, quarum longe plures, quod obiter noto, apud **HIPPOCRATEM** in *Coac. & L. de morb. atque epidém.* descriptas reperties, quam in plerorumque recentiorum libris. Primo mox die subinde, quin primis nouem horis, antequam morbus cognoscitur, vt plurimum vero ante nonum vel decimum diem, aegri moriuntur. Delineationem huius morbi non prorsus obscuram, vt ut incompletam, iam apud **ARETAEVUM** legas *L. I. de signis & causis morbor. acutor. C. 9.* Inter remedia, praeter externa putredinem in faucibus sistentia, sanguinis missionem & acida, nonnulli medicinam emeticam cum fructu obtulerunt, quae sane ad pristinam humoribus densatis conciliandam fluiditatem, non minus quam ad nocios & putridos humores, vim & malignitatem morbi augentes ac in primis viis stabulantes, eliminandos faciunt. Quid quod in ipsa angina vera emeticum insigniter prodesse, eamque interdum subito discutere, nouimus.

### §. XII.

Ad usum vomitoriorum in febribus verminosis progredior. Multo frequentius haec febres occurunt, quam quidem abs medentibus in commentariis suis practicis memorari solent. Fuerunt tamen ab Italis nonnullis, vt **C. BERTINI**, **BIANCHINI**, **MOREALI**, **VALDAMBRINI**, peculiaribus libellis copiose satis descriptae. Neque vero apud

nos ita rarae sunt, licet paullo difficultis sit earundem cognitio. Infantili aetati maxime familiares sunt, de tribu malignarum, & subinde contagiosae. Febris ipsa moderata licet sit, anxietas tamen magna, pulsus debilis & parvus, abdomen cum mollitie intentum, creber ad vomitiones conatus, & ipse vomitus ad assumtos cibos vel potionies frequens, quo multa pituita cum bile reieicitur, obseruantur: pituita etiam cum bile per aluum nonnunquam copiose descendit, ramenta tunicarum putrida ac foetentia secum trahens. Vnus vel alter vermis etiam exire interdum solet, non minus ac per ipsum os, modo viuus modo mortuus, vel per se vel cum recrementis. Ad vomitum spontaneum leuamen symptomatum contingit. Vrina quam ad iudicacionem ventum est, lutosa, densa nubecula turbata, maximam sedimenti copiam deiicit, ante iudicationem tenuis. Quoniam hae febres tribui malignarum accensentur, & iam dudum medentes efficaciam atque praelantiam vomitoriorum in istiusmodi febribus cognouerunt, operam omnino perditurus essem, si in ipsis eorumdem usum fusius demonstrare vellem.

## §. XIII.

Nec in illa visus laesione vomitoriorum usus alienus est, quam Hemeralopiam appellant. In qua videlicet homo de die optime videt, simulac vero vesperascit, omne lumen amittit, quod postridie recuperat. Vitium quidem plerumque periodicum non singulos modo affigit, sed inter integras etiam conciones griffatur; ceu obseruationibus doctorum virorum, e. g. HERMANNI & VANDERMONDE, patet. Ille in primis notabilem casum communicauit in *Primit. Phys. med. ab iis, qui in Polonia & extra eam medicinam faciunt, collectis*

Vol.

Vol. I. p. 236. qui dignus est, vt totus hic transscribatur. Nimirum circa finem Iulii mensis, calore solis existente maximo, permulti rustici homines vtriusque sexus & cuiusvis actatis, qui greges pascebant, agrum colebant, vel fruges metebant, verbo, qui sub dio diu versati, vsque ad horam quartam vel quintam pomeridianam bene & accurate videbant, postea visum confundi & imminui percepérunt, subsequuta coecitate, ita, vt si non statim domum peterent, sine alterius videntis adminiculo vix viam inuenire potuerint. Duravit hoc symptoma per totam noctem, & circa diluculum post somnum inuadebat caligo, aderat dolor capitis, cum aliquali eius imbecillitate: nullum externum in oculis vitium se conspiciendum praebebat, nulla inflammatio, excepta in quibusdam subiectis pupillae dilatatione. Circa Augusti exitum, remittente solis aestu, desit aegritudo, & omnes, qui ealaborabant, pristinum visum recuperarunt, sine ullo alio sanitatis detrimento vel labefactatione. Plurimi sine remediosis conualuerunt. Aliis profuerunt laxantia, subiuncto pulueris vsu, quem describit LENTILIUS in Eteodrom. p. 1292. Quam Cl. VANDERMONDE in Recueil periodique d'observations de Medecine, Chirurgie & Pharmacie, mense Mart. 1756. inseruit obseruationem a Cl. FOVRNIER communicatam, itidem fistit hemeralopiam, quae totam legionem infestauit cum singulari phaenomeno, quod matutinis etiam horis visus acies in militibus deleta fuerit. Pupilla non prorsus erat immobilis. Profuerunt autem vesicatoria & vomitoria. Hae binae historiae optimae non solum nobis delineant ipsum morbum, sed nonnullos quoque errores patesciunt, quos doctissimi viri in explicatione huius mirabilis morbi commiserunt. Quorum primus est, morbum duntaxat nocte ingruente accedere: alter pupillam nimis arctam & immobilem semper

semper morbum facere, tertius nullum remedium tollendo morbo par existere: quos omnes a BOERHAAVIO, immortalis memoriae viro & summi ingenii, patratos videoas *in p. 5. p. m. 159.* Obscurus autem & vix eruendus morbi ortus mihi videtur. Nisi vero omnia me fallunt, a vero haud multum aberrabo, si a congestione periodica humorum ad neruos oculis seruientes eundem deriuem, hanc ipsam vero a spasmo ex imi ventris fordibus collectis progenito. Congestionem namque docet imbecillitas capitatis, spasmus autem solutio morbi ab alium ducentibus & medicamentis emeticis. Periodicum illud, quod in morbo est, explicandum mihi non fumo, sed lubenter fateor, illud perinde obscurum esse ac recursum febrium. Illud tamen inde elicio, hemeralopiam etiam cum reliquis morbis periodicis spasmorum imperio subiici.

## §. XIV.

Ad coercendum sanguinis ex vtero profluum medicinam emeticam aliquid posse, paradoxon sere videri posset, quum violentius inde humores agitantur & non raro haemorrhagia inde excitari obseruatur. Verum enim vero postefius licet aliquando omnino contingat, prius aequi fieri sub suis circumstantiis posse, rationi non repugnare arbitror, quemadmodum & plura alia remedia habemus, quae pro re nata modo aperiunt, modo adstringunt. Quocirca & vomitorium, quod alias mensium fluxum retentum reuocare valet, non minus eum excedentem supprimere potest. Idque fortuito quodam casu RISD-LINVS expertus est, vt scribit in *lineis medicis a. 1695. p. 49.* Balneatoris vxor enormi fluxu mensium laborans breui temporis spatio tantum sanguinis per vterum excreuit, vt mensuram certam definienti vix crederes; vas enim haud ita paruum breuissimo tempore replebatur, nec

stibillabat, sed instar vrinae profluebat sanguis purissimus simul & pulcherrimus; hinc ad illam, quum iam per quatuor horas is fluxus durasset, vocatus Riedlinus, mortuae simillimam inuenit. Quidquid igitur in vsum trahi posset, huic tam enormi fluxui sistendo dicatum, statim in vsum trahendum maxime necessarium iudicane, quum ligationes & epithemata iam adhibuissent, pariter puluerem interno vsum iam dicatum, etiam puluerem sympatheticum linteis inspergendum praescripsit, qui tamen a festinantibus mulierculis & inscriptionem medicamenti non legentibus loco prioris interne exhibitus fuit, quare maritus haud impetratus, perterritus, vitrioli vires vomitum excitantes noscens, pessima quaerque metuebat, sed frustra, siquidem vomitus inde excitatus bis terue quidem fuit, simul tamen & sanguinis fluxus cessauit & ipsa aegra breui post sine vlo alio adhibito medicamento conualuit.

## XV.

Ad promouendum saliuae fluxum, si is ab inunctione mercuriali prodire recusat, utiliter adhiberi potest medicina emetica. Id quod experimentis edoctus testatur Cel. GRAINGER in dissert. de modo excitandi ptyalismum, Edinb. 1753. Aliquando enim, licet rarius, ab illito mercurio saliuae fluxus & congestio eiusdem ad internas oris partes non promte satis ac decenter succedit: vbi vero id contingit, tum ventriculum radice ipecacuanhae & nonnunquam grano uno vel altero turpethi mineralis concutere conuenit, ex laudati auctoris obseruuntione; & plerumque breui post sputatio sequitur. Neque vero difficile intellexu est, quare vomitione saliuatio concitetur. Fieri enim ista non solet, quin valentius humores ad caput propellantur, collum & facies intumeant, & ex ore non minus tenuis lympha quam ex faucibus mucus exprimitur. Aperiuntur itaque per vomitum viae oris & mercurii vis eodirigitur.

## §. XVI.

## §. XVI.

Inter illas corporum conditiones, quae emeticorum usum vetant, herniae sic dictae verae, tam mobiles, quam immobiles s. incarceratae, vulgo recenseri solent, ne concussione ista malum nocium incrementum capiat, & incarcerata sit. primis hernia in summam perniciem corporis magis incarceretur, inflammetur & ad lethalem gangraenam disponatur. Tantum vero abest, ut vomitio herniae noxam intendat, ut potius prolapsi intestini redditum in ventrem potenter promoueat. Aegri sane, qui ex hernia incarcerata atrocissimis & anxiis tormentis conflictantur, prius lenimenti nihil experiuntur, quam vomitio accesserit spontanea, quod idem & ipsa experimenta in illis confirmant, quibus ad soluendum hoc malum emetica medicina data fuit. Et memorabilis casu huius efficaciam nouissime nobis probatam dedit celebris Lubecensis Chirurgus, ZACHARIAS VOGELIUS in den Krankengeschichten Fasc. I. n. XI. vbi morti propinquam foeminam ex hernia incarcerata, cui frustra adhuc paregorica applicata fuerant, & iniecti clysteres, a pestisero malo & omnibus pathematibus momento sere liberauit vomitorio exhibito. Non ergo amplius vomitiones in ictis herniis reformidemus, quum tantopere eas prodeesse, siue a natura siue ab arte excitatas, cognoscimus. Et profecto in hernia prolapsa ab interiore quadam vi potentius multo reducitur patiuntur, quam ab externa pressione repelliri. Caeteroquin clysteres tabacini ex fumo parari soliti & tantopere in hoc morbo laudati ob irritantem suam atque stimulantem virtutem asserti nostri veritatem quam clarissime confirmant.

## §. XVII.

De amauroseos & affectionum soporosarum curatione per vomitus quaedam notandae superfunt cautiones, abs medentibus plerumque neglectae.

glectae. Ut amaurosis ex variis causis nascitur, quarum praecipuae sunt nimia sanguinis profusio, excedens veneris vsus, exanthematici cutanei morbi subito repressi, vlcera antiqua occlusa, insensibilis transpiratio nimio cosmetarum medicinarum vsu cohibita, iectus capitis circa orbitam illatus, metastasis ex febre acuta, denique ossis tumor neruos visionis comprimens, ita non ubique vomitoriorum vsum, licet promiscue is abs nonnullis commendetur, conuenire existimamus, quid? quod noxiū esse, si lumen ob succorum defectum aliquis amisit, velut puerpera in partu, vel alius ex venere immoderatius culta, aut ex liberaliori sanguinis missione, profusione; in caeteris vero casibus allegatis omnino laudem mererit, si ab ossis tumore discesseris. Nec sunt ad omnes causas affectionum soporosarum emetica adaptata, nempe ad has neutiquam, quae fiunt ex plethora; contra vero ad illas, quae a viscida quacunque materia proficiuntur. Vomitu enim tum solui viscidum ac mobile reddi potest, tum a cerebro reuelli, sensimque euacuari.

### §. XVIII.

Vbi grauida est mulier, plerumque a vomitorii abstinere iubent medentes, etiamsi abs morbo praesente ista indicentur, propterea quia periculum esse putant, ne abortus inde concitetur. Vti vero rerum vsus id haud docet, imo per totum gestationis tempus multae foeminae vomitionibus quotidie sere citra ullam talem noxiam torquentur, ita metus ex leni vomitorio, urgente necessitate, exhibito, frustraneus est, quae in primis incidit, quum grauida intermitte sebre corripitur. Mirari autem valdopere subit, quam saepe nimis timidi medici ad medicinam emeticam tunc porrigendam, nullo modo potuerint adduci, quamquam vel quotidie misellas vomitu per ipsam febrem excitato & per plures hebdomades continuato torqueri viderint. Sed hic subsistendum.

### VII.

VII.

DE

S T A T V P L A N T A R V M  
QVO NOCTV DORMIRE  
D I C V N T V R

---

P R O G R A M M A

QVO

O P E R A S B O T A N I C A S V I C A R I A S  
E T R E L I Q V A S  
P E R A E S T A T E M A. M D C C L I X. E X S E Q V E N D A S

S I G N I F I C A V L.

W  
S T A T A P L A N T A R V M  
Q A N O C I A D O R M I T E  
D C A N T A T R

---

L R O C U A M M A

O P E R V S D O T M I C E S A I G V R I S



§. I.

Peruulgata est opinio, eaque nimis alte atque pertinaciter animis  
multorum hominum eruditorum, neque eorum tantum, qui stu-  
dia tractant a medica arte aliena, sed illorum quoque, qui hanc ip-  
sam excolunt & profitentur, impressa, Rei herbariae studium nihil vi-  
litatis societati hominum adferre, idemque esse omnium maxime steri-  
le, & non nisi componi ex multorum nominum barbarorum cohorte,  
animum inaniter obruentium, ad haec nihil prorsus, nisi speciosam  
& subtiliter ad phantasiam nonnullorum effictam stirpium in certas clas-  
ses, ordines, genera, & species dispositionem exhibere: ut ita qui-  
dem, si quis haec norit, eruditio[n]is ac doctrinae cuiusdam formam  
ille gestiat; hac ipsa vero neque sibi, neque aliis multum prodesse,  
nisi tempus inaniter fallendo, possit. Nae autem illi vehementer er-  
rant, qui talia in contemptu rei herbariae expromunt: nae illi macu-  
lam studio inurunt injustissimam, quod habet oblectamenti plurimum,  
quod permulta & innumerabilia naturae arcana ipsius scrutatori reue-  
lat, quod denique non ex ingenii petulantia, aut doctae obscuritatis  
causa, offendentia vocabula effinxit, sed ut possit commode varia-  
tes rerum creatarum enarrare, easque dilucide his ipsis exprimere.

§. II.

## §. II.

Sed animas mihi non est, botanicum studium in praesenti a contemtu populari vindicare, multisque argumentis illorum opinionem convellere, qui in doctarum numero minutiarum illud habent. Amoenitates saltem quasdam hic proponam, quas nobile illud ac diuinum studium (quidni enim diuinum dixerim, quum res tractat DEI manu factas pulcherrimas?) naturae consultis creat, & ita quasi inspirat eorumdem animis, vt neminem videas, huic studio semel immersum, qui vñquam satiatus ac pertaesus ab eo recesserit. Quamicunque enim plantam contempleris, nouum illa tibi artificii genus, nouum sapientiae diuinae theatrum repraesentat. Vbiique conditor elucet, qui singulos ciues suae ciuitatis non propriis tantum functionibus praefecit, verum ad eas, quibus destinati sunt, functiones mirifice praeparauit. Infinita varietas est, quae a perfectissimo habitu ad simplicissimum transcendit: & in immenso numero tam generum, quam specierum, suum quaelibet nacta est archetypum, circa quem ludit; suum habitum, quo specificos, diuersos, contrarios humores sapore, virtute, excoquit; suam oeconomiam; suum tempus germinandi, folia & flores explicandi, vigilandi, fructescendi, defoliandi, pereundi.

## §. III.

Haec quidem magna ex parte ita sunt vulgata, vt nullius sere notitiam effugiant. Attentioribus multa alia se offerunt nobilissimae iucunditatis. Et quod primum omnium memorare decet, confuse quidem nobis videntur plantae crescere; at, si paullo curiosius terras peruagemur, illud facile nobis animaduertitur, quod quaelibet suam terram, suum solum, planta nacta sit. Aliud genus in agris depre-

hendi-

henditur, aliud in pratis, aliud in pascuis, aliud in paludibus, stagnis,  
 lacubus, fontibus, fluuiis, littoribus, rupibus, collibus, alpibus, syl-  
 uis, simeatis, ruderatis: neque unquam facile in aliud solum quod-  
 quam transplantari se sinit, quin aut protinus pereat, aut saltem de  
 vigore suo atque gratia multum perdat. Agri luxuriant Lycopsi, Bro-  
 mo, Cracca, Lolio, Anetho, Nigella, Napo, Melampyro, Cyano,  
 Convoluulo: margines agrorum, Scabiosa, Cerinthe, Anchusa, Che-  
 lidonio, Cichoreo, Polygono, Lycopo: prata, Ranunculo acri,  
 Loto, Trifolio, Scorzonera, Elleboro nigro, Campanula, Parnas-  
 sia, Succisa, Achillaea, Myrride, Caro: pascua, Tormentilla, Eu-  
 frasia, Sagina, Poa, Pimpinella. Montes & colles alunt Oreselium:  
 rupe, Airam, Mefembryanthemum, Polygonatum, Aloen, Sedum:  
 alpes, Diapensiam, Andromedam, Pediculares, Soldanellam, Bart-  
 siam, Gentianam: paludes, Caricem, Menyanthen, Callam: stagna,  
 Charam, Stratioten, Cicutam, Sium, Typham, Butomum: lacus,  
 Subulariam, Arundinem, Scirpum, Spongiam, Nymphaeam: fon-  
 tes, Minium, Fontinalem, Hippuridem, Beccabungam: fluuii, Po-  
 tamogeton, Sparganium, Ranunculum capillarem: ripae fluuiorum,  
 Lysimachiam, Limosellam, Hydrocotylen, Scutellariam: littora ma-  
 ris, Salicorniam, Salsclam, Statiken, Hippophaen, Seriphium, Sa-  
 molum. In sylvis autem progerminant Pyrolae, Empetrum, Erica,  
 Pulsatilla, Linnea, Sibthorpia, Hepatica, Prenanthes, Anemone,  
 Adoxa, Asarum, Dentaria, Conuallaria, Paris, Daphne: in sime-  
 atis, Urtica maior, Persicaria, Ricinus, Datura, Xanthium: deni-  
 que in ruderatis, Marrubium, Cardiaca, Plantago, Verbascum, Po-  
 lygonum, Cynoglossum, Erysimum.

## §. IV.

Illud praeter ea valde memorabile est, quod, quantumvis multum a se inuicem remotae sint plague; tamen si solum conueniat, eadem plantae vtrōbique pene deprehendantur. Ita namque aquaticaē plantae Indiæ cum Europæis saepe conueniunt; vt Aldrouanda, Sagittaria, Nymphæa: & alpine Lapponiae, Groenlandiae, Hélvetiae, Sibiriae, Brasiliæ, Pyrenæorum, saepe eadem sunt. Adeo etiam nonnullæ stirpēs sui amant terrarum genera, ut ex sola earundem inspectione cognoscere possis, subiectane terra sit arenosa, an argilloſa, an cretacea. Pleraequæ plantæ humo delectantur: arenam vero amant Scleranthus, Ornithopus, Erica, Pinus, Serpillum, Digitalis: argillatæ Papauer rhoeas, Anthyllis, Tragopogon: cretam, Hippocrepis, Reseda vulgaris, Onobrychis. Ceterum & plantarum quaedam genera pro suarum discrimine specierum in diuerso solo obveniunt: uti, verbi causa, Melampyrum, cuius aliqua species agros nonnisi quaerit, alia montosa loca, alia prata, alia nemora. Cespitosas paludes Lichen peculiaris tegit, & Aira quaedam, quæ pro Turfarum indice idecirco habetur.

## §. V.

At nonum spectaculum, non minus laetabile ac iucundum, offert se curiosioribus rei herbariac studiis in explicatione florarum; quia illi certum ac definitum ordinem, la quo nunquam discedunt, intuitu temporis & mensium, obseruare solent. Namque Martio mense ostendunt suos flores primos Leontodon, Bellis minor, Farsara, Senecio, Ficaria, Locusta, Bugula, Cardamine, Pulsatilla: Aprili, Anemone, Hepatica, Viola, Draba, Xylosteum, Viburnum, Laureola, Bistorta,

stora, Alchymilla: Maio, Allaria, Polygala, Spina ceruina, Opulus, Frangula, Padus, Fraxinus, Alectrolophus, Cyperus gramineus, Aparine, Orchis, Fumaria, Asarum, Arum: Iunio, Anserina, Galium, Caryophyllata, Ligustrum, Scabiosa, Medica, Echinum, Chamaemelum: Julio, Erysimum, Parietaria, Serpillum, Scrophularia, Thymus, Melissa, Hypericum: Augusto, Verbena, Linaria, Onobrychis, Anonis, Carlina, Anagallis; Septembri, Dipsacus, Bidens, Colchicum, Onopordon. Atque is ordō, qui diuinum fane legilatorem manifestat, nullo potest artificio inuerti, sic ut vernales plantae sub auctumnū demum, aliouē tempore, efflorescant. Attendique etiam hic meretur illa lex diuina naturae, in vernalibus plantis conspicua, quae quamquam verno tempore frigoris sunt patientissimae, auctumno tamen adeo molles, fragilesque eundunt, ut Indicarū more ad primam statim pruinam pereant. In Cichoreis & Carduis illud praeter ea notabile est, quod ante solsticium nunquam suos flores protrudant: vnde iam pridem ruricolae ex ipsorum efflorescentia, tanquam ex calendario, iudicant contigisse solsticium.

## §. VI.

At hoc multo laetabilius spectaculum est, attentam tamen mentem requirens, quod in floribus multarum stirpium occurrit: quod nempe statim interdiu horis illi aperiuntur, explicantur, claudunturque iterum. Quorum quidem nonnulli minus accurate explicationis horam obseruant; sed modo citius, modo serius aperiuntur, prout umbrae, & aeris, vel humidi vel siccii, ratio est: aliij per totum diem apertos flores monstrant, ante vesperam vero occluduntur, sic quidem, ut explicationis hora, pro dierum ad crescentium & decrescentium ratione, nunc oxyus, nunc tardius

tardius contingat: alii demum certam ac determinatam horam, quam aperiuntur, quam recluduntur, obseruant. Atque haec curiositas quidem nondum abs Botanophilis ad summam perfectionem delata est. Agunt autem tales vigilias, ut vocant, ex multorum adhuc instituta iterataque obseruatione, Leontodon, Pulmonaria, Pilosella, Hieracium rubrum, Picris magna, Lactuca sativa, Tragopogon, Calendula arvensis & Africana, Anagallis, Portulaca hortensis, aliaeque plures. Neque id spectaculum sine omni visu est: siquidem tempestatum constitutiones inde iam Botanophili ominari didicerunt. De Calendula Africana, quae inter horam sextam atque septimam matutinam explicatur, & in tali statu ad horam usque quartam pomeridianam persistit, si tempestas sicca fuerit, illud ad cognitionem naturae scrutatorum iam peruenit, quod si statu illo tempore non aperiat suos flores, hoc die pluia futura sit, constanti lege. De Soncho Sibirico autem compertum est, quod si flores suos noctu claudat, proxima dies plerumque serena sit; si non claudat, pluviosa.

## §. VII.

Neque illa amoenitas reticenda est, quae hauritur ex arboribus, dum certo ac determinato tempore suas singulæ gemmas expandere, foliaque explicare conspiciuntur. Antiqua est obseruatio, quae iam apud Plinium legitur (Hist. nat. L. XVI. c. 25.) quod primo fauonio, hoc est, instantे vere, Cornus germinet, proxime Laurus, pauloque ante aequinoctium Tilia, Acer. Inter primas vero Populus, Vilmus, Salix, Alnus, Nuces, atque Platanus: ceterae vere coepitro, Aquisolium, Therebinthus, Paliurus, Castanea, Quercus: serotino autem germine Malus, tardissimo Suber. Isque ordo tam fixus est, ut, si quis in hac re vel mediocriter versatus sit, dum unam videat

arboris

arboris speciem frondescere, statim sciat, quatenus post eam frontes suas explicatura sit. b Pleniorē catalogū ad hunc ordinem naturae factum legas in Ill. Linnæi diff. de vernaliō arborum. Neque omissendum videtur, quod itidem ab antiquis adnotatum sūit, nonnullas arbores statim in germinatione florere, properareque in eo, sed maturareque tarder, ut Vites: quasdam serotino germinat̄ florere; maturareque celeriter; sicuti Morus, quae nouissima germinat̄, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. b

## §. VIII.

Plura adserre ad demonstrandam, quae ex plantarum cognitione concipiuntur, iucunditatem non lubet. Alias dicere possem de fixis legibus, ad quas haec ipsae arbores non minus efflorescunt, quam folia sua deponunt. Memorareque possem Fraxinum, quae inter primas orbatur suis foliis, & inter ultimas frondescit. Enarrare possem amoenissima phænomena, quae se nobis offerunt in plantarum soecundatione, omniumque clarissime in Palmis. Agere possem de admirabilibus metamorphosibus plantarum, quae haud raro conspicuntur tam in soliis, quam in floribus, seminibus, & gemmis: & quo dissimili modo haec ipsae gemmae construantur; dum in quibusdam ex soliis, in aliis ex petiolis, in aliis ex stipulis, rursus in aliis ex propriis squamis erumpunt. Dicere possem de amoeno illo respectu, quem nonnullae plantae ad solem habent, & diversa inde effecta statione earundem: nec non, quonodo defectus motus ex umbra & sylva diuersam in arboribus, nominatimque in Pino, staturam efficiat. Animaduertere possem, frigidas plantas in calido solo primum luxuriare, mox flaccescere & perire: Alpinas plantas omnes vernales esse, Capenses autem

autem brumales; Virginicas auctumnales, quae nempe lactissime florescant Sequiūbris & Octobris mensis, hinc apud nos matura seminat difficulter proferant. Agere etiam possem de diuino illo instinctu atque auersatione, qua erga certas stirpes seruntur pecora; & quod eadem planta huic bestiae venenum sit, alteri gradissimum alimentum; prouti, verbi causa, constat de Cicutā, quae Vaccam necat, Capram vero nutrit; & de Aconito, quod Capram interficit; Equum vero non item. Observare denique possem, quod quaelibet sere planta sua infecta nutriat, & quod v. c. Thrips sectetur Lotum corniculatum, Cassida Lycopum & Mentham, Mordella Pulmonariam & Dentariam bulbiferam, Papilio canicularis Frangulam, caudatus umbellatas, quae sibi maxime affines, Sphinx nobilis Xylosteum. Sed haec omnia siccō pede praetereo, & ad ea potius me conuerto, quae a scopo meo minus aliena sunt.

## §. IX.

Nimirum dicere decreui de singulari atque curioso plantarum statu, quo noctu dormire dicuntur. Quod igitur nunc protinus exleggatur, quum pauca ante de aliis qualitatibus ac similitudinibus magis cognitis, quas cum animalibus plantae alunt, monuero. Scilicet, si a sensu atque motu voluntario, & humorum circulatione discesseris, nihil est sane, quod non in his aequa ac in illis conspicias. Oriuntur stirpes ex semine: nutrimentum capiunt ex tenuissima humo, cum aqua in ipsorum interranea transfusa: vasa sua secretoria, glandulas, viriculos, tracheas, cutem, epidermidem habent: transpirant: aerem superiore foliorum parte attrahunt: excretiones suas perficiunt: nuptias celebrant: aetatum stadia obseruant: morbos suos experientur: metamorphoses, ut infecta, subeunt: vitam denique, ut animalia, finiunt.

## §. X.

§. X.

Quibus admirandis qualitatibus hinc merito atque iure suo ea addenda est, qua permulta plantae, si non omnes, somnum de nocte capiunt, hoc est, somnam suam atque faciem tunc permutant, folia que sua diuersum, mirumque in modum contrahunt, summaque aurora rursus explicant. Inaudita haec res, & pene noua est; cuius revelationem vni sere Linnæo, Botanicorum principi, debemus. Nam prioribus nemo sere fuit, qui ad istum statum in plantis attenderit, praeterquam, quod Acosta scripsit de Tamarindo, quod sub nocte ipsius folia se contrahant, suumque fructum complectantur: & Alpinus id ipsum de Tamarindo, deinde de alijs plantis Aegyptiis, Aca-<sup>cia</sup>, Abso, Abro, Sesban, confirmauit. Id autem spectaculum postea permultis aliis in dubium iterum vocatum fuit, imo in fabularum numero positum. Nunc vero nemo forte est, qui modo oculis suis vti valeat, cui haec res fabulosa videatur, postquam extra omnem dubitationem in permultis aliis quoque plantis, repetitis observationibus, posita est. Ut nulla fere planta esse videatur, quae non sicut foliorum suorum aliquantis per sub nocte mutet; ceu quisque facile in caldariis obseruare potest, si ea velit tempore nocturno, accenso lumine, intrare, tumque oculos in repositas stirpes dirigere. Edam in pratis, hortis, sylvis, quilibet haud obscure sub noctem animaduertet peregrinam in plantis faciem, vt vel notissimæ plantæ ipsi videantur in- cognitæ. Tantopere nocturna species a diurna differt!

§. XI.

Sed ut in exemplis loquar, & per haec demonstrem mirandi phænomeni veritatem: ecce! indicem nonnullarum eiusmodi stirpium, in quibus nocturna foliorum positio tam maximè conspicuus, quam elegan-  
tissima

tissima est. Commodum autem videtur, in istarum recensione illum ordinem sequi, quem B. ZINNIVS, cuius memoria semper nobis pie recolenda erit, in catalogo suo obseruauit. Sit ergo

*I. Exclasse Nucamentacearum.*

1. Iua foliis lanceolatis ovatis, caule herbaceo; annua LINN. Spec. I. p. 988. Tarchonanthes foliis cordatis serratis trinerviis ROYEN. 538. ZINN. 14. Cuius folia patentia & horizontaliter possunt singula nocte sursum eleuantur, & infundibulum quasi formant, quo tenelli flores circum sepiuntur.

*II. Exclasse apetalarum oleacearum.*

2. Atriplex caule erecto herbaceo, foliis triangularibus; baltensis LINN. Sp. 4. ZINN. 26. Huius folia supremā, per noctem erēta, arcte sibi mucro apprimuntur, ut vnum quasi folium videantur efficeri, siveque tenellam plantam vsque ad florescentiae tempus tegunt.

3. Amaranthus tricolor BLACKW. T. 317. Amaranthus capitulis subrotundis, lateralibus, foliis lanceolatis, acuminatis LINN. Cliff 444. ZINN. 32. Eius folia summicatem caulis noctu circumcingunt, ut supra ipsum caulem esserantur, quem & superne & a latere regunt,

*III. Exclasse diplostemonum calyciflorarum.*  
4. Oenothera foliis lanceolatis vndulatis; mollissimal LINN. Spec. 2. Onagra bohatiensis villosa, flore mutabili DILLEN. Elebam. 297. ZINN. 199. Huius folia, quae per diem sursum horizontalem habent nocte in perpendicularm eriguntur, atque sic florem, quoad nondum rite explicatus est, arcte includunt.

*IV. Exclasse Haplostemonum campanacearum.*  
5. Stramonium (Datura) pericarpis spinosis erectis ovatis LINN. Spec.

*Spec. IV ZINN.* 240. *Solanum foetidum*, pomo spinoso, oblongo  
*c. b. Pin.* 168. *Folia patentia, in primis suprema, noctu erigit, iisque*  
*infundibuli in modum obtexit fructificationis partes.*

*V. E classe papilionacearum diadelphiarum.*

6. *Lotus filius Ornithopodii CAMBRAR.* *Hort.* 91. t. 25. *ZINN.*  
 345. *Lotus leguminibus subquinatis, arcuatis, compressis, caulis*  
*diffusis LINN.* *Spec. 8.* *Habet is tria foliola floralia, de die patentia,*  
*quibus flores fere insident. Haec ipsa vero nocte ad se mutuo acce-*  
*dunt, sic, ut duo opposita conniveant, tertium vero impar illis su-*  
*perimponatur, ita artificiose, ut, qui noctu flores quaerat, vix nisi*  
*summa adhibita diligentia inueniat.*

7. *Hedysarum triphyllum Canadense CORNUT.* *Canad.* T. 44.  
*Hedysarum foliis simplicibus ternatisque, floribus racemosis LINN.*  
*Spec. 15. ZINN.* 348. *Singularem modum, eumque a prioribus di-*  
*uersum, haec planta in dormiendo obseruat, dum petiolum suum eri-*  
*git, ut cauli prope parallelus existat, folia vero demittit, ut prorsus*  
*dependant.*

8. *Colutea vesicaria c. b.* *Colutea arborea foliolis obuerse cor-*  
*datis LINN.* *Sp. 1.* *Colutea arborea foliolis obuerse ouatis, oblongis,*  
*apice emarginatis ZINN.* 350. *Opposita sua folia conduplicat, impari*  
*transuersim erecto.*

9. *Colutea Aethiopica flore purpureo BREYN.* *Cent.* t. 20. *Co-*  
*lutea aethiopica, barbae Louis folio, flore phoeniceo I. R. H.* *Colutea*  
*fruticosa, foliolis ouato oblongis LINN.* *Sp. 2. ZINN.* 350. *Folia iti-*  
*dem conduplicat & versus caulem erigit, magis tamen canaliculata*  
*redit, ac praecedens, & versis occidentem solem inclinat.*

10. *Pseudo-Acacia RIV.* T. 63. *Robinia pedunculis racemosis,*  
*D d* *foliis*

foliis impari pinnatis LINN. Spec. 1. ZINN. 350. Similiter ut Hedy-  
tarum (7.) foliola sua demittit, paribus sub petiolo communī conda-  
plicatis, impari transuersim posito ac dependente.

11. Lupinus flore albo RIV. T. 25. Lupinus calycibus alternis  
inappendiculatis, labio superiore integro, inferiore tridentato LINN.  
Spec. 2. ZINN. 362. Etiam is foliola nocte demittit, ut omnino pen-  
deant. Ceterae species vero ea omnes erigunt.

12. Melilotus Italica, folliculis rotundis c. n. Melilotus legumi-  
nibus racemosis nudis dispermis, rugosis, obtusis, caule erecto, fo-  
liolis integris LINN. Spec. 5. Foliola lateralia basi arcte adprimis,  
verticaliterque simul attollit, sic quidem, ut inferior pagina extro-  
sum vertatur.

13. Melilotus officinarum c. n. Melilotus leguminibus racemo-  
sis, nudis, rugosis, dispermis, caule erecto LINN. Spec. 4. ZINN.  
368. Huius impar foliolum singularem positionem adsumit, dum sic  
erigitur, ut alter margo coelum, terram alter respiciat. Lateralia fo-  
liola situm non mutant.

#### VI. E classe papilionacearum affinum.

14. Cassiae sere omnes (ZINN. 372.) situm foliorum de nocte mu-  
tant singulari modo, eoque in aliis plantis nondum cognito. Si-  
quidem petiolum communem paullisper erigunt, sub eoque foliola per  
paria plicant, hoc quidem mirabiliter pacto, ut superior pagina eorum-  
dem introsum vertatur, inferior autem extrosum, tam singulari fle-  
xura, ut de die vix illa absque petiolorum propriorum fractura possit  
perfici.

15. Mimosae sensitiae foliis pinnatis (ZINN. 373.) omnes se-  
re partialia folia de nocte erigunt, propria vero longitudinaliter imbrि-

cata complicantur; secundum partiales petiolos, sic tamen, ut inferior pagina extorsum vertatur. *Mimosa virgata* vero pedunculos omnes demittit, & imbricatim foliola componit.

16. *Gleditsia triacanthos* LINN. *Hort. Vpf.* 298. *Zinn.* 374. Eodem modo ac *Mimosae* sensituae ad somnum se componit, dum imbricatim sua foliola partialia, secundum petiolos partiales, coadunat.

## §. XII.

Atque hacc exempla in praesenti adduxisse sufficiat. Plura recente Cel. Linnaeus in diff. de somno plantarum; specialiterque nominat Asclepiades varias, Sidae Abutilon, Maluam Peruuanam, Partheniastrum, Amaranthum cruentum, de quo scribit, quod magis folia attollat, quam alia quaetuis species: porro Celosiam cristatam, Hibiscum Sabdarissam, Achyrantem asperam, culis tenella suprēma folia nocte decussatim ponuntur, & patent: nec non Bauhinias plerasque, Hymenaeam Courbaril, Lathyrum odoratum, Hedyarum coronarium, Psoraliam pinnatam, Viciam fabam, Trifolium resupinatum, incarnatum, Medicaginem polymorpham, Lotum tetragonolobum, Ipomoeam Aegyptiam, Phaseolum radice strumosa, siliqua angustissima Plumerii, Amorpham fruticosam, Glyzinam Abrum. Neque tamen difitetur vir egregius, se plures adhuc plantas noctu dormientes nosse.

## §. XIII.

Non dubitabile est, quin diuinus Creator singulari modo sic prospexisse voluerit tenellis plantis, earundemque fructificationis partibus, ut ne ab iniuriis frigoris, a ventis, a procellis, a pruinis laederentur, & fortasse etiam, ut a vermis, noctu eas infestantibus, defenderentur. Certe enim perfecta foecundatione, nocturna haec quies foliorum, si non in omnibus stirpibus, tamen in plerisque, cessat.

Illud etiam facile cogi inde possit, quod iuxta summam prouidentiam, almus DEVS omnipotentiam suam atque sapientiam intuentibus pariter monstrare voluerit. Ad quam utram omnies admirandam atque venerandam excitentur! idque eo magis, quum & in floribus nonnullis spectaculum simile diuinus digitus nostris oculis usurpandum det: utpote quorum aliqui nocte resupinati, terram versus inclinantur, velut Draba verna, Ranunculus repens & Polyanthemus, Parthenium foliis ouatis crenatis, Geranium striatum, Euphorbia germanica, Blattaria, Trientalis; alii reflectuntur, ut Siegesbeckia & Triumfetta; alii flaccescunt, ut Impatiens & Amorpha. Sed quid vero causae sit, cur de nocte folia, ut ad haec reuertar, posituram suam naturalem ac diurnam mutent, nunc merito aliquis quaerat. Atque ea quidem ad conspectum primum videtur a nocturno frigore dependere; id quod autem mox improbabile fit, dum in caldariis, vbi idem de die ac de nocte est caloris gradus, illud contingere obseruamus. Quapropter a structura follarum id arcessendum esse arbitramur; praesertim, cum composita folia, magis quam simplicia, ad complicationes apta reperiantur; pariterque teneriores plantae prae adultioribus, ceu Cel. Linnaeus obseruauit.

#### §. XIV.

Haec duxi praeſanda, Ornatiſſimi Commititones, ut ad munus vicarium, quod per aetatem istam a me perficiendum voluit Ill. MVNCHIUSVS, vestræ felicitatis, meaque optimus parens, cuius indefessam benignitatem & vigilem sapientiam tanta veneratione decet suspicere, quantam possunt mortales debere mortalibus, viam mihi panderem: illud nempe, ut Vobiscum in herbarum studio versarer, haud dubia iucunditate amabili. Quae quidem si fortasse non satis ex superioribus

bus Vobis fuerit approbata; de quo tamen nullus dubito; agite utilitatem ipsius, quam Medicinae praestat, animis vestris adhuc paullisper praecipiatis, quae forte magis ad herbariam artem excolendam Vos excitatura sit. Prima autem utilitas Botanices, eaque non minima, haec est, quod officinarum errores corrigat, notasque remediorum constitutat certiores. Accipiunt officinae Pharmacopolarum simplicia medicamenta a seplasiariis & ignaris hominibus, qui certissimis medicamentis nonnunquam spuria & imbellia succedanea supponunt. Perit autem tum medicinae promittentis fides, & obseruationum auctoritas; neque finis erit errandi, fallendiique, quam in Botanices cognitione. Itinera hominum, herbariae artis peritorum, qui in ipsis locis natalibus characteres stirpium definiunt; specimina integra stirpium, in curiosorum hortis siccis cum adsinibus comparata; advecta ex Indiis semina, & publicis curis in hortis consita, ut omnis earundem habitus ex toto innotescat; haec omnia, & ex his certa signa Botanice praestat. Sane, nisi natale Theae solum inuisisset Kaempferus, & ipsam plantam examinasset curiosius, fortassis adhuc eosdem errores cum patribus nostris erraremus, ut vel pro Gale, vel pro Paragaia habemus Theam. Nisi lusitiorum Botanica peritia fuisset; certe deleturus erat flauus ille cortex intra paucos annos maximum praefidium generis humani, verum Indorum Gannanaperide. Alterum commodum ex Botanice redundant in Medicinam, illud est, quod ex characterum scientia, adsinitatumque cognitione, praefidia noua, nouique thesauri ad restituendam sanitatem parari possint. Similes plantas, eiusdem facultatis, per diuersas regiones benigna natura dispositas: quas si exquirere vnuquam poterit quisquam, nemo alias certe praestiturus est, quam qui adsinitatum scientiam optime calleat. Liquitiam Brasiliensem

sium, quia natissimus Sennae Sidoniae sapor, & detestatum ventricu-  
culo virus deleterius, neque tamen vires catharticas immittuntur, herba-  
riae artis optime gnarus Marchantius feliciter extraxit, & fecit esse  
Scrophulariam, in omnibus Europae fossis uberrime crescentem. Pul-  
cherrimis dotibus, & iisdem ac Acmella Zeylanica instructum Biden-  
tem, antiquum Germaniae ciuem, botanica Nebelii peritia ex umbra  
protraxit. Praeter haec vero id praestat Botanice Medicinæ, ut va-  
lentiora expromat substitutaque inuentis remedijs. Millefolii species,  
quam Pharmacopœiae emunt, omnibus suis congenieribus ignauior est,  
eamque Millefolium alpinum, & illud, quod Tanaceti folio est, longe  
superat. Pinaster alpinus omnibus Europæ speciebus præcellit.  
Donique totum regnum vegetabile Medici debent Botanicis: neque  
ab aliis expectari poterat perscrutatio ignoratarum stirpium aëui Dio-  
scoridei, & tantorum errorum, tam a Medicis quam a Pharmacopœis  
perpetratorum, confutatio, qui alienissimis persæpe plantis obscura-  
rum illarum vires conserrent, & pro heroico Helleboro Polygonatum  
mucosum, pro resinosa Chamaepityi Solanum scandens, & quid non  
pro quo, substituerent: vnde vero ignauæ, & periculosæ omnino  
curationes multæ non potuerunt non propullulare.



VIII.

DISSERTATIO INAVGVRALIS CHEMICO-MEDICA  
DE  
SALE SEDATIVO HOMBERGII

---

QVAM

IN

ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA

D. XIII. OCTOBRIS MDCCLIX.

PVBLINE DEFENDIT

LUDOVICVS IOANNES TOBIAS  
WASSER.

SALVE SEPTEMBER HONORERON

DISSEMINATIO IN VACARVITIS CHIMICO MEDICIS

AM.

DS

5741

1

ACADEMIA ODEONICA ALEXANDRA

2. XII. Octobre 1866.

FUNDATION OF ALEXANDRIAN

WASSER

VII



### §. I.

**D**e sale sedatiuo, quod ab Hombergio nomen duxit, sive, vt alias vocatur, narcoticu vitrioli, non vna de causa scribere ingressi sumus. Partim enim illud ita comparatum est, vt in elaboratione eius quaedam perfici adhuc posse nobis videantur: partim vero ipsius natura omnium consensu ita obscura est, vt perscrutari eam paullo diligentius omnino operae sit pretium; inprimis, cum in ipsius perfecta cognitione totum illud artificium conficienda borracis, quod etiam nunc tam anxie multi quaerunt, neque vero adhuc reperire potuerunt, lateat. Accedit, quod nouissime etiam lis quaedam super eius natura & compluribus aliis qualitatibus, quas in eo expertissimi viri repererunt, abs nonnullis agitata fuit: quam quidem, an compонere etiam nostris experimentis queamus, conabimur.

### §. II.

Sed ab ouo rem incipiamus, hoc est, ab inuentore, necesse est. Qui quidem, si rem per se aestimes, non est proprius **WILH. HOMBERGIVS** ille, cuius nomen ipsi sali adpositum est, sed **IOH. IOACH. BECCHERV**s, vtpote qui disertis verbis ex borrace per vitriolum, aut spiritum, aut oleum eius, sal volatile obtineri memoriae prodidit:

dit a): nam haec notio omnino sali nostro conuenit, vulgari saltem, quod ex duabus istis rebus, borrace & oleo inprimis vitrioli, sublimando per ignem componitur b). Quoniam vero BECCHERVS neque modum eius conficiendi clare exposuit, neque habitum ac naturam declarauit; contra vero haec omnia HOMBERGIVS praestitit, in primisque elaborationem eius ample & claris verbis edocuit, simul que nomen sedatui imposuit; hinc ob pleniorum operam pro inuentore & auctore eum omnino habere possumus. Descripsit autem ille sal istud in *Actis Parisinis*, eoque volumine, quod 1702. impressum typis fuit, his verbis p. 50: „ Recipientur Colcotharis vitrioli tres „ librae. Affosis quinque vel sex libris (pintes) aquae seruentis, sine „ stare in vase figulino per duas horas, agitando saepe spatula lignea. „ Tum aquam, colore viridiuseculo ornataam, decanta, filtra & serua. „ Posthaec recipientur Borracis in puluerem contritae vnciae dueae, „ iisque affundatur libra aquae seruidae, agitando pariter spatula li- „ gnea, donec omnis borrax soluta sit. Atque ista solutio, dum ad „ huc bene calet, superiori insundatur, & miscela, vnde protinus „ nigra & viridiusecula gleba ad fundum secedit, in alterum diem re- „ ponatur, posteaque coletur per chartam bibulam, & super igne in „ vasis terreis, vsque ad cuticulam, euaporetur. Tum vero ea con- „ iiciatur in cucurbitam vitream, cuius longitudine minimum sit octo „ pollicum; & accommodato cum alembico, tum exiguo vase reci- „ piente, distilletur in arenae balneo vsque ad siccitatem. Sic de- „ mum, ubi distillatio humida finita est, sal volatile escendit, totam- „ que cucurbitam cum alembico obducit instar niuis. Quod si nihil „ eius

a) Physic. subt. Suppl. II. Thes. VI. n. 190. p. m. 398.

b) Vide nostr. Inst. chem. §. 568.

„ eius amplius in altum emicuerit, ignis extinguendus est, & sal sub-  
 „ limatum, refrigeratis vasis, ope plumulac euerrendum, aut cultel-  
 „ lo decutiendum. Ipsius pondus quasi drachma est. Iam porro re-  
 „ fiduo sali in cucurbitae fundo haerenti affundantur vnciae quatuor  
 „ aquae eius, quae in prima operatione transtillauit, & parum aci-  
 „ dula est; & eodem modo procedatur, ac prima vice. Sic plus  
 „ prodit salis sedatiui. Aqua autem illa, quae nunc prodiit, iterum  
 „ residuo adsundatur, & sic quoque quartum, quintum, & ultra ea-  
 „ dem operatio repetatur, vbi semper nouam portionem salis acci-  
 „ pies. Quod ultimum prodit, nullo modo, nec habitu, nec colo-  
 „ re, nec aliis qualitatibus a priori differt. Singulo autem sali co-  
 „ lor niueus est, & splendens, instar margaritarum; quod in vitro  
 „ aut pyxide lignea, loco sicco seruandum.

## §. III.

Hunc processum, quem totum ex gallico auctoris sermone in la-  
 tinum conuertimus, receperunt in sua compendia LEMERYVS pater<sup>c)</sup>  
 atque TRICHEMAYERVS aliique plures <sup>d)</sup>. Iunior autem LEME-  
 RYVS postmodum ipsum conatus est perficere. Siquidem is, perspecta  
 natura Colcotharis, statuit, in vicem eius commode oleum vitrioli  
 posse substitui; quum nonnisi propter hoc acidum ipsi illud videretur  
 accommodatum. Neque sane in hac re errauit. Parauit ergo sal se-  
 datiuum ex partibus duabus borracis, aqua simplici solutae, & parte  
 vna olei vitrioli, inuicem mixtis ac digestis, defincepsque distillatis <sup>e)</sup>.

Ec

c) Cours de chimie. p. m. 505.

d) Institut. chem. p. 220.

e) Mem. de l'acad. des Sc. de Par. ann. 1728. p. 278. edit. Parif.

Et quoniam porro spiritum aluminis atque sulphuris intuitu acidi non differre ab oleo vitrioli intellexit; hinc etiam vtrumque ipsi commode substituit f). Porro vero eidem ratiocinio innixus, haud abs re credidit, in eundem usum vocari posse sal acidum, quod ex capite mortuo vitrioli albi paratur; neque ipsum in hac re experimenta fefellerunt. Nam quum aequas partes huius salis, aqua seruente soluti, ad vinciam miscuisse cum solutione borracis, atque, quod ad fundum se praecipitauerat, separasset ope filtri, liquorem autem filtratum igni in vase vitro exposuisset, tum expulso liquore aqueo, igneque post austro, accepit duodecim grana salis narcotici; & quum operationem repeteret, superflusus residuo ante liquore acidulo, quem primo expulerat, accepit rursus octodecim grana; & tertia deinceps vice, itemque quarta, quadraginta nouem. Quum vero quintum reiterato labore nihil amplius, neque liquoris acidi, neque salis sedatiui in altum emergeret, residuum dissoluit aqua seruente, & ad pelliculam evaporatum loco frigido seposuit; quo facto, quum obtinuisset sal album, non crystallisatum, huic pauca aqua diluto adsudit duas drachmas olei vitrioli, & mixtum igni rursus exposuit, tumque denuo viginti sex grana salis sedatiui adeptus est & rursus quatuor in septima sublimatione g). Denique etiam cum alumine, tanquam sale vitriolico, rem tentauit, existimans, propter acidum vitriolicum, quod ipsi inhaereat, aptum quoque istud fore ad sal sedatiuum conficiendum: neque spe sua omnino frustratus est. Commissis igitur inuicem vincia una aluminis & borracis, antea aqua seruida seorsim solutis, denique a commissione filtratis, & igni exhibitis, accepit in quinque subli-

f) l. c.

g) l. c. p. 279.

sublimationibus centum & triginta tria grana, adeoque longe plus, quam cum sale vitriolico paullo ante memorato, quod in totidem sublimationibus non nisi octoginta sex grana dederat b).

## §. IV.

Post LEMERYVM, qui in elaboratione huius salis tam egregie versatus est, imo etiam, id quod deinceps dicetur, longe altiores progressus in natura eius eruenda fecit, accessit alias Gallus, chemicarum rerum expertissimus GEOFFROY, qui totus in eo fuit inprimis, ut compendium laboris ficeret. Id autem dupli fieri modo posse generatim, suis periculis expertus est. Nimurum, quum adhuc & ab HOMBERGIO & LEMERYO operatio in cucurbita suscepta fuisset, & borrax aqua antea soluta, & varia quidem ab hoc recepta corpora vitriolica, tam solida, quam fluida; is GEOFFROY intellexit, primum aptiorem fore, loco cucurbitae, retortam vitream, eo, quod angustiore spatio sic inclusa borrax, ab acido vitriolico valentius penetraretur; deinde superuacuum esse perfectam solutionem borracis putauit, & sat esse, eam paullisper tantum aqua humectare, idque eo magis conuenire, quod fortior esset tum, cum minus distenta fuerit borrax, actio acidi vitriolici in eam; denique oleum vitrioli omnino ad hanc rem aptissimum esse, neque vero dimidia parte opus esse, quam acceperat LEMERYS, sed longe minorem sufficere, nempe ad quatuor vncias borracis, decem drachmas eius saltē; aquae vero vniatim dimidiā, ad temperationem. Quibus seruatis voluit igni reuerberio tradi retortam, collo quidem ample instructam illam, & eosque paullatim ignem intendi, donec ea rufesceret. Neque ve-

ro GEOFFROY, vt antececessores sui consuerant, operationem repetendam existimauit, quod quidem, si quis facere vellet, omnino suo iudicio posset, si modo velit residuam massam in retorta denuo aqua, & quidem paullo maiori eius copia, duarum scilicet vnciarum, dis temperare: & ipse potius contentus vna operatione, liquorem, qui primo transiit, atque per sua experimenta multum sal sedativum complectitur, (quae noua iterum est eius obseruatio) ad evaporacionem & crystallisationem, vt adipiscatur illud, disposuit; residuam vero massam salinam calcinavit, dissoluit, filtrauit & pariter nunc ad crystallandum adaptauit *i).*

### §. V.

Ceterum GEOFFROY experimentis suis egregie comprobauit, quod abs LEMERYO supra scriptum est, (§. III.) nimirum, quod ad elaborationem nostri salis alumen aequa aptum esset, itemque omne vitriolum; licet singula in se minus commoda, ac oleum vitrioli, ne que tantum salis foeneratura, & plus etiam operae faceſſentia. Longe etiam minus salis largiri alumen, quam vitriolum viride & Cyprium; hoc paullo plus, quam illud; album vero omnium minimum. Neque vero viride & Cyprium in prima & secunda sublimatione aliquid salis suppeditare, sed in subsequentibus saltē, postquam omnis terra metallica segregata esset, quam ideo etiam conferret ante sublimationem ex mixto liquore per filtrum separare. Praeter haec vero annotauit GEOFFROY, quod, vbi vitriolum album aut alumen receptum esset, cucurbita ſemper ad finem operationis diffindatur; vbi vero vitriolum coeruleum, interdum *k).*

### §. VI.

*i)* Mem. de l'acad. de Paris a. 1732. p. 406. Hanc methodum Geoffroyanam etiam legere potes in MACQUER Elementis de Chimie T. II. p. 136.  
*k)* I. c. p. 408. sq.

## §. VI.

Sed alius nunc modus elaborandi salis sedatiui notandus est, quem idem GEOFFROY adinuenit; & qui toto genere a priori diuersus est (§. IV.), eoque longe compendiosior. Nimurum parare etiam per crystallisationem sal hocce GEOFFROY est aggressus, quod minori longe temporis iactura sit, & minoribus sumtibus, in hunc sere modum: Soluuntur borracis vnciae quatuor in sufficiente quantitate aquae calidae, huicque solutioni decem drachmae olei vitrioli successive instillantur. Tum vero liquor aliquantis per euaporatur, quoad in superficie tenerior pellicula salina conspiciendam se preebeat. Quo sateto is auferitur ab igne & loco frigido collocatur. Sic paucō tempore sal optimum sedatium emergit, quod decantato liquore, aqua frigida aliquoties eluendum, ut ab acido adhaerente liberetur; denique exsiccandum *l).* Liquor salinus effusus continet sal mirabile Glauberi, quod lenta euaporatione elicetur.

## §. VII.

Per crystallisationis viam scribit etiam NEVMANNVS sibi modum esse compertum, sal nostrum conficiendi. Is autem recepit, loco olei vitrioli, alumen, cuius solutionem commiscuit cum solutione borracis, misturam decantauit, filtrauit, aliquantis per euaporauit, & ad crystallisandum se posuit. Quo se scribit crystallos obtinuisse, quae primum generatae fuissent, prorsus similes sali sedatiuo; quae vero a secunda & tertia crystallisatione relictae, dissimiles *m).*

## §. VIII.

*l)* l. c. p. 411. 412.

*m)* Praelect. Chem. edit. Zimmerm. p. 1574.

## §. VIII.

At cautelas quasdam, in elaboratione salis sedatiui **vulgaris** ex borrace & oleo vitrioli obseruandas, communicauit Cl. HASENEST in *Commercio Norico* 1736. p. 146. prout eas ab expertissimo Pharmacopaeo Neostadiensi ad Aissam, WOLFG. ANDR. WEISMANN, acceperat, quas non possumus, quin hoc loco transcribamus, quum, prout nobis visum est, non ex omni parte sint perfectae. Parat autem ille sal hoc ex borracis Venetae in puluerem contritae vnicis duabus, olei vitrioli vncia vna, & aquae fontanae tribus vnciis: quibus in vnum mixtis ignem arenae subdit, & in cucurbita primo distillationem phlegmatis perficit; deinde, hoc prolecto, sublimationem salis.

In hoc autem parando eoque eleganter & copiose quidem obtinendo, haec attendenda esse monet. Primo ut cucurbita non nimis magna & dodrantis circiter mensurae capax sit: quodsi autem vas sublimatorium adaptatum alembico instructum suppetret, praestaret hoc idem, propterea quod sal semel sublimatum ex collo retortae nimis calefacto, facile rursus fundatur & deliquescat, aut saltem de suo splendore aliiquid amittat. Quam ob rem si pars aliqua dicti salis sublimata fuerit, ignem extinguere oportet, & sal eximere. Ignem autem in ipso actu sublimationis non adeo violentum esse oportere: cuius debita directio quam optime, statim post phlegmatis distillationem absolutam, addisci possit ex eo, quando flores puluisculorum splendentium specie in altum emicent; quibus apparentibus, ignem prouida circumspetione alendum esse. Porro vero, quoties de sale quidquam sublimatum fuerit, cuius equidem prima & secunda operatione non adeo multum ascendit, illud penna abstergi, eximique debere.

Phlegma

Phlegma autem sub distillatione collectum, labore reauspicando, iterum superfundi, &c, si hoc ipsum phlegma sub finem ab iterata sublimatione euaporatum deprehendatur, assisa recenti aqua suppleri. Denique actum sublimatorium toties repeti, quoties flores in conspectum veniant; qui ipsi eo copiosiores prodeant, eoque elegantiores, quo saepius labor, obseruata ignis circumspecta directione, resumatur.

## §. IX.

Non pauca quidem circa harum cautionum nonnullas nobis monenda sunt. Differemus vero ista paullisper, donec ipsi narrauerimus, quomodo abs nobis peractus labor fuerit: id quod quidem protinus faciemus. Sumisimus igitur borracis vncias quatuor, olei vitrioli drachmas decem, & aquae fontanae aliquot vncias. Hac ipsa primo imbuimus borracem, deincepsque instillauimus oleum vitrioli minutatim; quod non sine strepitu & incalescentia fiebat. Misturam sumus quindecim horas circiter stare, quo sese bene penetrarent res commissae. Pro sublimatione vero elegimus cucurbitam, volumini misturae conuenientem, cuius collum antea decurtatum erat; elque deinde alembicum agglutinauimus, tumque ignem primo leuem, dein fortiorum submisimus, rostro alembici prius adiuncto vitro medicinali. Postquam vncia circiter aquae insipidae prolecta esset, quod intra primam horam factum, salis nonnihil iam vidimus parietibus colli cucurbitae adhaerescere: quod sub augmento ignis demum altius in alembicum adscendit, imo vsque ipsius in rostrum partim penetravit. Elapsis tribus horis, quum nihil amplius emicare videremus, operationem finiuimus, & postquam cucurbita refrigerata esset, sal omne, tam ope plumulae, quam fili ferrei, decussimus: margini enim in-

uerso interiori alembici, quod sese applicauerat, admodum tenaciter adhaerescebat & paullo densius ac durius quam cetera portio existebat. Ponderabat autem illud totum duos scrupulos cum duobus granis, eratque niuei coloris, splendens, ad conspectum & tactum quasi talcosum, sapore acidiusculum, partim membranaceum, partim floculentum & puluerulentum. Aqua transmissa parum erat sapida, & parum etiam odorata. Non efferueſcebat autem cum rebus alcalinis. Residuum colorem gryseum monstrabat, & permultos hiatus. Erat autem totum exſiccatum, & in fundo ſplendidum, vt ipsum ſal ſedatiuum. Residuo adſudimus iterum aquae fontanae aliquot vncias, & concuſſione vasis ſal diſſoluimus. Strepitum inde efficiebat maſſa, & calorem quoque concipiebat, & ſumum eructabat; quod omne ab oleo vitrioli, ex parte adhuc libero, repetendum. Spatio triū horarū omnis aqua rurſus tranſiit, & ſal copiōſum eſcendit, elegantiſſime album, & magis ſplendens ac prius, imo etiam densius & majoribus lamellis ornatum; ſic quidem, ut illa portio, quæ roſtro alembici adhaerebat, rurſus densior eſſet ſolidiorque. Ponderauit autem totum illud duas drachmas cum 44. granis. In tertia ſublimatione, quam adornauiimus ſine praeuia diſtione, accepimus ſaltem ceto grana; & residuum nunc apparebat album, & quaſi calcinatum, & ſpongiosius, ac antea. In quarta demum, quum digeſſeramus maſſam aliquantis per, accepimus 40. grana; in quinta 30 grana; in ſexta 32; in ſeptima 42; in octava 10; in nona 15; in decima 37; in undecima 16; in duodecima 10; in decima tercia tantundem; in decima quarta & vltima 8. Ut pondus omnium eſſet 7 drachmarum cum 40. granis.

## §. X.

Vtterius progredi hac in operatione non libuit; siquidem plus operae & carbonum consumendum fuisset, ac rei meruisset preium. LEMERYVS vero trigesies sexies eam reiterauit, neque tamen, quod miramur, tantundem salis accepit, ac nos in quatuordecim sublimationibus. Siquidem ille saltem quatuor drachmas cum 42 granis est adeptus <sup>n)</sup>. Fortassis autem ex eo discrimen illud repetendum est, quod is ex paecepto Hombergiano labore cum Colcothare vitrioli perfecit. Caeterum vero probe LEMERYVS obseruauit, quod, quo pluries operatio iteraretur, eo insipidius sal fieret <sup>o)</sup>. Nos vero & hoc animaduertimus, quod violentiore igne opus fuerit, quo pluries repeteretur labor; imo etiam quod diutius iste alendus sit. Aqua fri-gida, capiti mortuo assusa, illud non dissoluit: assusa tamen ipsa sali tartari, vehementer cum ipso effervescit. Quod desederat in eadem, viscosum erat atque glutinosum. Euaporata autem aqua, solutione & filtratione praegressa, dedit nobis sal, quod intuitu figurae erat sali mirabili Glauberiano simillimum, atque etiam calore in pollen satiscebat, perinde ac hoc ipsum. Illud vero sal, quod ex ultimo lixiujo enascebatur, quodammodo diuersam figuram, & quasi conicam obtinebat.

## §. XL

Quum in encheiresibus tradendis, tam quoad vasa ad elaborationem salis necessaria, quam quoad ignis regimen, & alias circumstan-tias, inter se non conueniant auctores; non alienum erit, eas paullo plenius

<sup>n)</sup> Cours de Chimie p. m. 510.

<sup>o)</sup> l. c.

pleniū nunc exponere, simvlique monere, quales p̄ae ceteris nobis obſeruandae videantur. Igitur, quod pertinet ad ipsam proportionem rerum ingredientium, vt ab hac incipiamus, ea nobis optima videtur, quam GEOFFROY ſeruavit (§. IV.), quamque nos quoque ſeruauimus. Qui enim plus receperunt olei vitrioli, vti LEMERYVS (§. III.) & WEISMANNVS (§. VIII.), illi quidem praeter necessitatem ſumtus ad laborem impendendos auxerunt. Quod autem ad vas attinet, in quo ſublimatio instituenda, praerogatiua certe non dubitamus concedere cucurbitae p̄ae retorta; ſiquidem primo non ita facile eſt, ex retortae collo ſal decutere, quam ex alembico & cucurbitae parietibus; deinde vero in retortae collo ſal maiorem longe ignis vim experitur ac neceſſe eſt, ita vt pars eius quaedam in collo vitreſcat; ceu a GEOFFROY l. c. & MACQVERIO animaduersum p); vnde deinceps artifex cogiturn, vt diſſoluat iterum hanc portionem, eique ſalis ſpeciem perfectam reddat. Quapropter commodior eſt cucurbita, vbi hoc incommodum non metuendum eſt. Enim uero decurtatam eam eſſe omnino oportet; quoniam ſublimatio ſalis inde egregie promouetur. Evidem vti prius illud incommodum, colligatio & vitreſcentia, euitaretur, WEISMANNVS voluit, antequam id contingere; detergi ſal, eximique (§. VIII.); verum hac ratione labor praeter modum non ſolum protrahitur, ſed etiam multum ſalis interea ascensuri per aperta vafa cum vaporibus exhalat. Non eſt autem, quod cum GEOFFROY credas, retortam cucurbita aptiorem fore; quod in angustiore ſpatio res conclusae ſint (§. IV.): eiusdem enim capacitatris cucurbitas pariter habemus, quam retortas, adeoque ad hunc finem illae aequē accommodatae ſunt. In ignis vero regi-

mine

mine non errabis, si couisque eum intendas, quoad videris sal adscendere: id quod quidem in duabus primis sublimationibus leuiore gradu eius contingit, quam in posterioribus. Neque vero ultra duas, vel ad summum tres, pergere necesse est, ob causas, quas supra dixi (§. X.). Falli autem non parum GEOFFROY videtur, quod ubique grauem ignem, quoad vas candescat, adhiberi vult; quod sane non necesse est. Et WEISMANNVS alium in modum fallitur, quod prima & secunda operatione minus adscendere salis scribit, quam in sequentibus; quod experimentis nostris & aliorum ex toto reclamat: siquidem secunda sublimatio plurimum omnium eius largiri solet, & quod simul est elegantissimum. Commendamus autem serio, id quod nemini adhuc in mentem venit, decentem praeuiamque digestionem, quo longiorem, eo praestantior em; quippe per quam separatio salis, eiusque quantitas haud mediocriter adaugetur. Ut sola enim quies, ceu Geoffroyanis experimentis constat, iam par est, sine igne, extircando sali: sic magis illa par erit, si digestio accedat. Imo videtur sola quiete plus salis liberari, quam per ignem, per quem iusto citius affusa aqua, quae ad expulsionem atque separationemque salis admodum necessaria est, exterminatur. Et si nostram salis copiam, quam obtinuimus, comparamus cum aliorum quantitate; luculenter apparet, quod, cum maiorem longe nos adepti sumus, illud quidem omnino adscribendum sit digestioni, non violentiori ignis vi. Quapropter etiam in tertia sublimatione, quam adornauimus, longe minus prodiisse censemus, quam in quarta & quinta (§. X.), quod illam protinus, ac aqua adsufa esset, instituissimus, multis vero horis post caeteras. Quod plerique aquam, quae in distillatione prodit, acidulam affundi iubent residuo, ad expellendam nouam salis portionem, illud quidem non alienum, verum non adeo necesse est. Sufficit ad

hoc opus aqua simplex. Nam additur is liquor nonnisi ob hanc casam, vt virginescentiam salis, quam solo igne experiretur, impedit, & vt sublimationi adeo ipsius seruat. Vtrumque vero illud aqua simplex aequa praestare valet, ac acidula, in priori distillatione prolesta. Nequaquam autem abiicere oportet eam, sed seruare, postea que per se evaporationi tradere; siquidem nonnihil salis sedatiui, quod cum ipsa transit, complectitur. Caeterum, quocunque sal sedatiuum, per crystallisationis in primis modum paratum, depuratione opus habet, antequam in usum trahatur chemicum, eo, quod nimium acidi ipsi adhaerescit. Depuratio vero perficienda est vel simplici elutione per assulam aquam frigidam, eademque repetita; vel, quod praestare videtur, calcinatione, nouaque dissolutione atque crystallisatione. Saltem per hanc viam depurandum est hoc, quod ad experimenta chemica impendamus.

## §. XII.

Ad LEMERYVM reuertor. Is primus fuit, qui naturam salis, & ipsius simul borracis aliquantis per nobis explanatam dedit; licet ipse aptas conclusiones elicere ex suis experimentis non valuit, sed id alii post eum & in primis BARONIVS fecerunt. LEMERYVS antea in eam opinionem recte adductus est, quae nemini adhuc in mentem venerat, vt existimaret, forte & acidum nitrosum & salis communis idem sal sedatiuum cum borrace efficere posse, ac vitriolicum. Quare rem ipsam nunc tentatus, primo spiritum nitri, deinde etiam spiritum salis, solutioni borracis admixtos igni in cucurbita tradidit, & vtrumque sal sedatiuum, licet non tanta copia, ac per acidum vitriolicum, obtinuit; nempe ex vncia borracis, & dimidia spiritus nitri tantum septem grana in prima sublimatione, quantumuis per totum diem la-

borem continuasset; in altera 8 grana; in tertia denique 7, non lamellati quidem, ut in superioribus, sed farinosi. Neque plus quidem per spiritum salis eadem quantitate borraci adiectum adeptus est q). Praeter haec vero etiam nunc pericula fecit cum acidis vegetabilibus, tremore tartari & aceto vini; codem modo procedendo, ac paullo ante dictum, At nihil quicquam salis ex hac mistura accepit r). Eademque experimenta postmodum repetens CEL. POTTIVS ipsorum veritatem suo calculo confirmauit s).

### §. XIII.

Maiores progressus in hac re fecit BARONIVS, expertissimus hucus aeratis chemicus Parisiensis; qui peculiarem theoriam de sale sedativu animo concipiens, eandem viam experiundi cum acidis illis minoribus mineralibus, imo etiam vegetabilibus, ingressus est, quam GEOFFROY cum fortissimo vitriolico per crystallisationem; & sal sedativum adeo parauit primo mediante spiritu nitri, quem solutioni borracis aquosae instillauit usque ad saturationem, ut vocant, & deinde misturam lente euaporauit; quo facto, sal sedativum in superficie prodire vidit paullatim magna copia, & longe maiore, ac LEMERYVS per vim ignis sublimatorii; sic, ut tertiam partem ponderis assumere borracis illud aequauerit t), adeoque eadem copia secesserit, quam per oleum vitrioli: deinde mediante spiritu salis, vbi tantundem accepit u): porro cum aceto, imo adeo cum succo citri x). Ut adeo,

quam-

g) Mem. de l'ac. de Paris, ann. cit. p. 281. 282.

r) I. c. p. 285. 286.

s) Observat. chem. coll. II p. 96. sq.

t) Mem. presentées à l'Ac. de Par., T. I. p. 285. vers. Germ.

u) Icc. p. 287.

x) I. c. p. 310. sq.

quamvis LEMERYVS atque POTTIVS negauerint, per acetum parari posse ex borrace sal sedatiuum (§. XII.), tamen illud etiam hac ratione ipsi obtigerit, modo non sublimationis via, sed crystallisationis. Residuus liquor ex generatione salis sedatiui per nitri spiritum, BARONIO euaporatione dedit crystallos obtusis angulis, parallelipipediformes, hoc est, nitrum cubicum, quod igne liquabatur & saporem in lingua frigidum excitabat: ille vero ex generato sale nostro per salis vesci spiritum, dedit sal vulgare; is denum, quem acerum vini ingrediebatur, peculiare sal nouum, mediae naturae, saccharini & simul frigidi saporis, in lingua deliquescens & propria figura praeditum y). Ipse ego hanc rem tentau cum aceto distillato; eius vncis sex cum instillassem borracis duas, vncia aquae seruidae solutae, accepi egregium sal sedatiuum, quod intra paucas horas loco frigido enascebatur, verum non ita soliatum, neque talcosum tactu, ac vulgare, insuperque crystallorum gracilium oblongarum forma ex parte induitum. Caeterum BARONIVS etiam sal sedatiuum obtinuit, quum solutioni mercurii in aqua forti, & ferri tam in hoc, quam spiritu salis suetae, solutionem borracis adfudisset, & praecipitatione horum metallorum peracta, liquorem supernatantem euaporasset.

## §. XIV.

Nunc de proprietatibus salis sedatiui dicendum est: quas, ut eo clarius intelligantur, suis numeris singulas comprehendemus:

1. Sal sedatiuum, intuitu habitus externi, niuis colorem habet, leue admodum est, splendidum, soliatum, tactuque vnguis, sapore vero leuiter amarum & frigiduscum.

2. Idem

2. Idem aeri expositum neque inde humidatur, neque calcinatur, dummodo probe a liquore salino, crystallisato sali (§. XI.) adhaerescente repurgatum sit.
3. Aquae adiectum frigidae, ipsi supernatant; &, quamvis aqua concutitur, aut particulae quaedam salis vi deprimuntur, tamen illae non ad fundum descendunt, sed ad superficiem rursus revertuntur.
4. Vbi vero aqua incaluit, tum salem ex toto soluit. Requiruntur autem partes minimum quatuor aquae ad hoc opus.
5. Aqua vero solutum, & in cucurbita furno arenae commissum sal, nouam sublimationem experitur, sic tamen, ut non omne id ascendet, sed maxima ex parte restet; id quod tamen noua aqua plures adiecta, demum eleuatur, relictis saltim paucis granis terrae fixae griseae, in fundo cucurbitae. Violentiore autem igne opus est ad hanc sublimationem perficiendam, quam ad eam, quo ipsum ex borrace liberatur.
6. In spiritu vini rectificatissimo soluitur perinde, ac in aqua (n. 5.). Verum oportet etiam spiritum esse calidum; alias enim non soluit illud; & si spiritus iterum refrigeratus est, cum plurimum eius rursus fecedit.
7. Accensus autem spiritus, qui sal sedativum in sua interstitia recepit, flammarum exhibit viridem, cum intermista flauedine, ita tamen, ut non omnis color coeruleus, quem per se exhibet, extinctus sit.
8. Spatulae ferreae candefactae impositum sal, ultra dimidium dissipatur

sipatur, sumi forma. Pars autem fixior, quae restat, vitrescit, & in aere deinceps humidatur.

9. Id vitrum autem verum adhuc sal sedatiuum est, & reduci facile in pristinam formam potest noua in aqua solutione crystallisationeque.

10. Sal sedatiuum medii salis naturam p[re]fert: nam neque cum acido liquore, neque cum alcalino effervescit; neque s[ecundu]m rupi violarum colorem mutat; neque sensibiliter in solutionem mercurii sublimati agit, neque in solutionem mercurii viui, per spiritum nitri factam; vnde nonnisi post longum tempus praecipitatio sit mercurii ex citrino flava, similis illi, quam borrax facit, aut sal Glauberi mirabile, & tartarus vitriolatus.

11. In liquore Alcahest Glauberi soluitur, & in spiritu salis ammoniaci cum minio. Ille vero spiritus vrinosus per calcem viuam paratus congrumatum ipsum reddit, & durum, & viscosum, vt digitis tanquam gluten fere inhaerescat, si inter ipsos conteratur.

12. Denique sal sedatiuum destruit nitrum vulgare, & cubicum, & salem communem, & salem ammoniacum fixum: siquidem singula cum sale nostro igni exhibita, spiritus suos acidos dimittunt.

### §. XV.

Atque istas quidem proprietates non solum scrutatoribus exhibet sal sedatiuum, quod vulgari modo paratum est, sed etiam quod per crystallisationem, ad modum Geoffroyanum, idque siue acceptis acidis

acidis mineralibus sive vegetabilibus. Elota vero probe haec acida ante esse oportet, quam ad experimenta adhibeatur sal sedatiuum: alias enim fallere nonnullae notae possunt. Ex quo factum esse puto, ut Cl. BLACKIUS esseruestere scripsit sal nostrum cum alcalinis rebus z). Nec plane concipio, quid causae sit, cur CL. MODEL ne-gauerit aut dubitauerit saltem, abs sale sedatiuo spiritus vini flammam viridem reddi a). Quod per crystallisationem paratum est, paullo grauius deprehenditur, quam quod per sublimationem; fortasse ex eo, quod paullo plus aquae, quam hoc, in suis interstitiis recondit. Ac de notis quidem huius salis satis dictum est.

### §. XVI.

Proximum est, ut de illius natura exponamus: quam quidem ita velim esse nobis perspectam atque cognitam, ut nitri, salis ammoniaci, & aliorum salium; siquidem tum borracem conficere facili opera liceret. Id sal enim, tam mirabile, tamque vile, constare ac componi ex sale sedatiuo & sale alcalino minerali, quod in Soda est, experimentis Baronianis luculentissime est probatum b). At sal sedatiuum componere hic labor, hoc opus, quod nemini adhuc persevere datum. Totum autem illud latere in borrace, nec componi demum igne ex acido vitriolico adiecto & parte vrimosa borracis, ut HOMBERGIO, LEMERYO, AC TEICHMEYERO visum est; nec ex acido

z) Neue Versuche und Erfahrungen einer Gesellschaft in Edimb. T. II,

P. 242.

a) Abhandlung vom gegrabenen Salmiac. p. 59.

b) I. c. P. 352.

acido vitriolico & terra vitrescibili borracis, quod STAHLIO atque POTTIO placuit; illud quidem ita demonstratum dedit incomparabilis BARONIVS, vt nihil supra esse possit e). Primo enim, si sal non delitesceret in borrace, & partem eius constitutiuam non efficeret, fieri prosectorum non posset, vt quocunque acidum borraci admixtum, istud in conspectum dederet; saltem fieri non posset, vt sal sedativum, si tam varia acida, & indole ac proprietatibus specificis tam diuersa, ad illud constituendum concurrerent, ita sibi simile sit, vt nullum ab altero nec sapore, nec habitu, neque aliis qualitatibus differret. Aliud enim sal tum exhiberet acidum vitriolicum, si cum terra vitrescibili borracis esset coniugatum; aliud nitrosum; aliud salis vesici; aliud vegetabile. At sic, quam singulorum horum acidorum beneficio vnum idemque sal sedativum producitur; necessè est omnino, vt illud non efficiant, sed expellant duntaxat ex borrace atque liberent. Quodsi vero aliter se res haberet, & sic quidem, vt HOMBERGIVS, & GROFFROY, & STAHLIVS eam conceperunt; tum v. c. ex eiusmodi sale, quod perfectum esset ope spiritus nitrofi, expelli se pateretur deinceps, per adiectum vitrioli oleum, nitrosum illud acidum; & sic porro, si ope spiritus salis vesici, huius acidum; si per acetum, liquor acidus oleosus empyreumaticusque. At enim vero haec omnia non contingunt. Praeter haec vero & in borrace aliquas deprehendimus proprietates, quas ita communes habet cum sale sedatiuo, vt, si illud non ex toto iam complectetur, instructa illis esse non posset. Nimurum & boraxflammam spiritus vini, si is bene calesfactus super ea accenditur, ex coeruleo in viridem communat; & aequa vitrescit igne; postremo etiam in aere humescit. Quo efficitur,

e) l. c. p. 317. sq.

efficitur, & priorem illam qualitatem, & alteram habere borracem ab hoc sale, idemque ipsi adeoque inesse debere. Ad haec, circa vium acidum adiectum, per solum spiritum vini super borrace calcinata aliquamdiu digestum, efferre se nonnihil salis sedatiui, & abstractione demum illius per vim ignis, sub florum forma in vase sublimari consueuit, per experimenta Baroniana d).

## S. XVII.

Sed quibusnam partibus constat ipsummet sal nostrum? Id iure quidem optimo nunc quaeras: at in imperfecta eius cognitione oportet acquiescere. Non enim ita hae nobis patent, ut illae in vitro, vel in sale vesco; ut discerpere nempe eas & discerpas rursus compone-re possis, quo fiat pristinum sal. Illud tamen manifestum est, esse sal nostrum mediae naturae, esse decompositum, esse certo respectu volatile, denique particeps acidi vitriolici. Ad medium enim natu-ram inclinare ostendunt phaenomena non pauca, quae cum salibus mediis haber communia, & quae supra recensita sunt (§. XIV. nr. 10.). Decompositum vero esse, hoc est, ex pluribus partibus, quam duabus, acida & alcalina, constare, quae sola quidem iam sufficiunt ad sal medium constitendum, testantur vitrescibilitas, qua nullum sal medium simplex est instructum, & obtusus fapor, quo ab omni sale abhorret, ut insipidum pene dices; postremo glutinositas, quam affuso spiritu salis ammoniaci affumit (§. XIV. nr. 11.). Videtur autem pars eius alcalina propriam naturam habere, qua neque cum alcali minerali perfecte conuenit, neque magis cum lixiuoso. Ex neutrō enim sit sal sedatiuum, si illud cum acido vitriolico coniungas;

Gg 3 cuius

l. c. p. 350.

cuius existentiam quidem in nostro sale indubiam reddit experimentum, quod ex sale vulgari, ammoniaco fixo, & nitro partem acidam ipsorum expellit. Neque idem vero existit, si glutinosi quidpiam priori miscelae addas. Terram igitur specificam salinam iudicare possis efficere sal nostrum; quae ipsi adeo borraci propria est, eique prae caeteris suam dat existiam, hanc nempe, ut conglutinet metallum ac vitrescat. Estne vero sal nostrum volatile? Ita quidem videatur; quamquam peculiarem genium vel in hac re illud nobis monstreret, ut, quoniam simul ad vitrescentiam pronum est, nisi haec impediatur, non possit bene, vel non prorsus, igne eleuari. Quocirca intermedio corpore opus est, quod illam impedit: cuiusmodi est aqua. Quoadusque ergo sufficienter est sal humidatum, dum igni exponitur, sublimationis capax est, hoc est, volatile. Neque tum vero ita facile ac tam leui igne eleuari illud se sinit, ac sulphur aut sal ammoniacum; sed violentiore longe opus est: quod quidem paradoxum videri possit, quem in se tam leue hoc sal sit, ut hac re aliis sere omnibus antecellat. At enim uero, cum maximam partem terra constat, non ita mobile esse potest, ac caetera salia, quae vi ignis expelli se patiuntur. Volatilitatem autem salis maxime deriuare mihi licet ex re glutinosa, quae illi immixta est; quae propter inflammabiles particulas, dum hae terram intimius penetrant, ipsi imprimunt facilitatem, ut attollit nunc possit ope ignis; perinde ac videmus alcalia fixa salia, mediante istiusmodi substantia ipsis conjugato, volatilia reddi. Verumtamen non ideo ammoniacale id sal censendum est, quod HOMBERGIO & GEOFFROY placuit, nisi improprie & latissimo in sensu; quo quidque medium naturam obtinet sal ac sublimari a igne sinit, ita appellamus. Quod si vero in sensu subtilissimo ca-

pias, quo ad efficiendum sal ammoniacale pars virinosa requiritur, sa-  
ne, quod hac nostrum sal destitutum est, ammoniacale dici non pot-  
est; quicquid visum fuerit Hombergio.

## §. XVIII.

Supereft, vt de vſu eius dicam. Iſtum quidem, si ex nomine ipſo ducas, quo appellatur, oportet eſſe ſedatiuum, imo narcoticum; at is vero, ſi paullo ſtrictius vocem ſumis, expectari ab iſto non po-  
eft. Neque enim, vt narcotica ſolent, irritabilitatem in fibris mu-  
ſcularibus deſtruit, neque in nerveis ſenſibilitatem; imo ne ſomnum quidem leuem inducit. Saltem ad mitigandas ſanguinis aeftuantis commotiones in febribus acutis aliquantisper facit & ad compescenda deliria. Quale quid primus HOMBERGIVS expertus eſt, ſiquidem eo febres non ſemel lenitas ſcribit, & deliria ad aliquot horas ſoluta<sup>e</sup>). Idemque iſum ſuis obſeruationibus conſirmat CL. HASENEST, qui mirabilem eius effectum vidit in aegro ſaeuifimis deliriis capto; vi-  
po-  
te quaē poſt primam ſtatiū horam inde fuerunt mitigata, & poſt ter-  
tiam ſoluta prorsus<sup>f</sup>). In Nofocomiis Parisiēnſium iſius vſum ad-  
modum frequentari ſcribit GEOFFROY<sup>g</sup>). Apud nos autem ſere ne-  
glitur. Dofis eius a plerisque determinatur, a ſex granis vſque ad  
decem. HOMBERGIVS ſeptem vel octo eius ſemel vel bis exhibuit;  
HASENESTIVS totidem, at ſingulis tribus horis. Neque vero du-  
bito, quin ad drachmam ſumi poſſit, cum ſit nullius pene actiuitatis.  
Ad dimidiām drachmam aliquoties iam in febribus contra deliria ac-  
que ac aeftum dedi; at fine omni vſu, quod diſſimulare non poſsum.

TEICH.

<sup>e</sup>) l. c. p. 51.<sup>f</sup>) Commerc. Nor. 1736. p. 12.<sup>g</sup>) l. c. p. 411.

TEICHMEYERVS nimis parca manu ad duo saltē, & ad summum tria grana vult sumi *b)*. Commodissimum autem vehiculum aqua est, vel iuscum calidum. Quod phthisici ipsius vsu, tussim ipsorum facile exacerbante, prohibeantur, nescio, an iure scriptum sit aut obseruatū *i)*; siquidem nihil est in hoc sale, quod irritet aut stimulet. Quod autem ad temperantein effectū attinet, de quo supra dictū, istum quidem temere deriuare ex sulphure vitrioli multi docti viri *k)* solent; quum nihil eius prorsus in hoc acido inest. Videtur igitur is potius mihi abs toto sale dependere, in primisque ab acido vitriolico, quod complectitur, quatenus acidum est: siquidem hoc acidorum est proprium, ut effrenatos humorum motus aliquantis per compescant.

*b)* 1. c. p. 221.

*i)* vid. SCHVLZII Prael. in Dispensat. Brand. edit. alt. p. 511.

*k)* v. g. TEICHMEYERVS l. c. & KLEINIVS in Select. ration. medicam. p. 219.

### T A N T V M.



IX.  
ANIMADVERSIONES  
S V P E R  
MORBIS INCVRABILIBVS

---

SPECIMINE IN AVGVRALI

M. IVN. MDCCCLX.

EXPOSITAE

JOANNE GUILIELM. IANSSEN.

Hh

XI  
VITAVITISIO  
MAGYARIA

Thesaurus

COLLECTUS LIBRARUM



**O**perae pretium visum est, singularia quaedam in praesenti de incurabilibus morbis disputare. Neque vero ita placet amplificare doctrinam, ut, quidquid ad eam pertineat, illud totum hoc loco exponamus; sed animaduersiones nonnullas duntaxat adseramus, quas vel nondum plane propositas scimus, vel ita uti veritati ac experientiae regungent. Neque laborem istum quis superuacuum existimabit quandoquidem non uno loco ab HIPPOCRATE monitum, eum, qui de morborum curatione tum scite interrogare, tum ad quaesita responderemus velit, commodeque obiecta refutare, hoc secum inter alia reputare, recteque nosse oportere, tum qui sanari vel non sanari possint, tum etiam, quamobrem non possint: alias nihil recto mentis consilio fieri. (*de morb. L. L. p. 432.*). Quapropter multum interessè existimamus, ut debita huic rei opera impendatur; in primis, quam pro sua dignitate nondum ea excussa sit, certe nobis non excussa videatur *a*).

§. II.

*a)* Amplissime quidem, sed non satis ad veritatem accommodate, persecutus est hoc argumentum BRUNO SEIDELIVS singulari libello, qui primum Frstii 1593. 8. deinde Lugd. Bat. 1662. euulgatus fuit. Cui posteriori editioni accessit FABRIT. de PAVANIS Tr. de morbis, in quibus praesentaneis vii conuenit remedii.

## §. II.

Est ergo in natura morborum aliquid, quod subinde medicatricis naturae vires, quae corporibus nostris infusa est, euincit, atque etiam quorumlibet applicatorum remediorum facultates superat: hosque vocamus incurabiles, simulque distinguimus a lethabilibus, vt pote qui non sunt in se & absolute semperque incurabiles, nec ex necessitate mortem adserunt; hique non semper lethales: quamuis & ambo interdum confluunt, & ex incurabilibus saepe lethales fieri possunt. Ex insanabilibus vero alii morbi sunt per se tales, h. e. qui nullam neque natura, neque arte curationem vnam recipiunt, adeo, ut nec fando, nec auditu curatorum exemplum sit compertum; alii vero per accidens, h. e. alterius rei causa in hoc vel illo aegro curationis non capaces.

## §. III.

Atque inter morbos per se incurabiles numerandi primum multi congeniti, quos ex utero materno infantes secum ducunt, ut fatuitas & ratiocinationis depravatae vitium, nativa coccitas, oculi lusci, hydrocephalum internum, gibber, &c; quae inde nascitur, respirandi difficultas, spina bifida, palatum fissum, monstrosus partium defectus aut situs, & id genus alia vitiorum. Praeter illos congenitos vero non sunt admodum multi, quos ad incurabiles per se referre iure possis, respectu ad curabiles habitu. Alias quidem satis numerosi sunt; e quibus praecipui sunt hi, qui sequuntur: Scirrhi cancerosi & maiores viscerum, tumores cystici interni maiiores, polypus cordis & inde orta palpitatio, pectoris & pericardii hydrops, cordis abscessus, erofio, vermes, calculi, hepar steatomatosum, intestinorum anguitia ex obfir-

obfirmato eorum habitu, vlcus, quod ex vesica in intestinum rectum aut ex hoc in illam transit, aneurysma cordis & aortae, offescentia arteriarum, viscera putrida sphacelo taboque confecta, viscerum coalescentia morbosa, vomitiones ex ventriculi scirrho, calculi cerebri, oculus, arteria & vena maior circa abdita & interiora viscera rupta, ipsumque viscus ruptum & marasmus senilis.

## §. IV.

Apud animum nostrum constitutum est, proposito hoc morborum per se incurabilium recensu, animaduersiones quasdam singulares ad nonnullos corundem in medium proferre, de quibus, quantum scimus, vel nondum satis plene cogitatum est, vel adhuc forte dubitatur. A scirris ergo ordinamus. Occupant isti tam interiores, quam exteriores partes, et ex his frequentissime glandulas colli, dein parotides, & submaxillares, & has, quae sub axillis sunt, inguinalesque. In parotidibus longe firmius materia impacta, quam in ceteris, inhaeret; nec utroque eodem modo soluitur. Cum capite autem colli glandulae singulariter conspirant, & quidquid pituitae vitiatae in corporibus, puerorum in primis b), subnascitur, quam libentissime & ex lege quasi naturae hic deponitur, sensimque ad capillaram capitidis partem desertur, tineaque ibi atque faui specie erumpit, glandulis nunc paullatim rursus desidentibus. Frequenterque in periplures glandulas simul ac eodem tempore pituita decumbit: aliquando tamen, licet rarius, in ynam.

Tum vero id non sit sine

H h 3

ippetu,

b) Vidi haud ita pridem foeminam sexaginta penne annorum, cui glandulae colli perinde ac pueris intumuerant. Paralysin linguae diu ante ea experita erat, & nunc os ipsi erat contractum. At lenitum denum horum malum, postquam in capite vlcuscula quedam eruperant.

impetu; glandulaque maiorem in molem extensa plerumque suppurare confusuit; vnde, in adultioribus praesertim, vlcera mali moris emergunt. Qui vero parotides occupat scirrhosus tumor, ille vix per se soluitur, nec per medicamenta quidem sine difficultate: neque vñquam materia ex his, quod sciam, in capillos transit. Vbi vero solutio accedit, in suppuratorium abscessum materia transformatur; quae, nisi congruis remediis excipitur, taediosam moram necit & in prauum vlcus conuertitur. Vbi in glandulas sub axillis vitiata pituita decubbit, easque tumidas ac induratas reddit; tantum non semper tum in suppurationem tendit, tum p[ro]ae se fert scabiosam indolem; si quidem vix alii tumoribus istis comprehenduntur, quam quibus vel imminet scabies, vel iam est enata. Neque glandulae inguinales in pueris sunt a decubitu pituitae immunes. Has tamen vix depravata pituita querit, sed bona & laudabilis lympha, quae non nisi copia peccat in corpore, &, ne molesta ipsi fiat, hic deponitur. Profecto summa Conditoris sapientia in his se manifestat minutissimis, vbi videas, & bonum succum suum receptaculum habere, & depravatum, huncque modo hinc, modo illinc deserri, prout ipsius vitiata natura est. Estque etiam atrae bili, quod mireris, suum promtuarium, idque etiam in exterioribus partibus, vt scirrhosum efformet tumorem. Quae res quim sene sine exemplo sit, perlittere tale adponemus. Ex alio viri sexagenarii adhuc vegeti et sani stercora per aliquot dies liquida & prorsus picea atque nigra descendunt. Posthaec alterum crus cum duritie aliqua, leuique rubore ex toto intumescit, sic quidem, vt nec inflammatorium, nec oedematofum dicere tumorem potuisse: antea vero scirrhosus aliquis tumor & splendens, subsusci coloris, figuraeque qualis in supra[m]a femoris parte erumpit, intume-  
scentibus

scentibus simul nonnullis inguinalibus glandulis, & sub noctem in tumore isto ac vicinia eius dolore lancinante orto, qui se ad tumidulas hasce glandulas extendebat. Interposito aliquot mensium interuallo grauiori ira percussus homo concitatur ad vomitum, & cum tenacissima pituita bilem atram, admodumque tenacem, per os reddit. Nul- limumque sic dubium est, quin is tumor durus ac per interualla dolens ab atra bile sit profectus, quum & talem ex alio excreuerit aeger, & vomitu quoque reddiderit, ipseque tumor colore suo, totoque habitu istam ostenderit. Haud dispar talis est tumor cancroso labiorum. Eiusmodique scirrhi, quorsum et quisque cancerosus in mammis aliquibe referendus, sere incurabiles existunt, nisi curatos tum credas, vbi ense refecaueris.

## §. V.

Interiorum partium scirrhi in infantibus frequentissime mesenterium, in iuuenibus & adultioribus pulmones, tum iecur, lienem, pancreas, oesophagum, intestina, ventriculum, in grandaeuis cerebrum, (nam ossefactum illud Angli hominis Petty, de quo MEADIVS scripsit, non aliter quam scirrhosum concipio) in mulieribus etiam ovarium, vterumque, & vaginam occupantes, modo oriuntur ab inquinata causa, & a singulari visceris imbecillitate, quae efficit, vt humores vitiati huc irruant, coeantque; modo a metastasi; modo ex his, quae vel ingeruntur, vel extra obueniunt, vt liquoribus spirituosis & ardentibus, iectu, concussione. Ex quibus cunctis sere nullus est, qui curationem admittat, si discesseris forte a pulmonum mesenteriique scirrho, quorum ille ad Douerianas leges resolui se interdum patiar, hic naturae ope per abscessum suppuratorium. Non equidem ignoror,

ignoro, a multis viris curationem scirrhorum, in quibusuis partibus, perfectam dici; & grauissimum BOERHAAVIVM affirmare, arcanum tartari optime ad liquandos eos sufficere; alios vero ad id prospero cum successu mercurium dulcem, saponem Venetum, Spadanos son-tes, succosque plantarum impendisse: haud diffiteri tamen possum videri mihi bonos viros saepenumero esse deceptos, ut perperam scirrhos adesse crediderint; aut tales fuisse admodum minutos. Obsur-matum enim scirrum nemo temere curaturus est: & cognitio plero-rumque ita quoque est obscura, ut sere inducar ad credendum, vbi scirri visi sint curati, ibi vel nullos prorsus adfuisse, vel infarcitus duntaxat pro scirris imposuisse. Quodsi vñquam enim ars nostra con-jjecturalis est, certe in hac deprehensione est scirrhorum, ut persicile falli in re ista Medicus possit c). Ego sane haud dissimulo, me nec hepatis scirrum, quem tam multi se curasse affirmant, nec pancrea-tis, nec omenti, nec alium quemque vere cognoscere, ob fallaces no-tas. Vnum vterinum exceperim, quem ROEDERERVS noster tam dilucide explanavit; & subinde mesentericum.

## §. VI.

Magnam similitudinem cum scirris habent tumores, qui tunica sua includuptur, e paruulo ad insignem increscentes magnitudinem,

&amp;

- c) Decepsum me olim fuisse vna cum collega Roederero in dignoscendo ventriculi scirro, palam in praesenti profiteor. Aderant omnia qui-dem ipsius signa, insignis ventriculi parumper inflati durities, quot-di-anus vomitus ingeforum & humoris picei atque fusci, adstricta ali-uus, cachexia summa cum tumidis erubibus. Interim dissectio cadaue-ris praeter omnem nostram opinionem monstrabat nobis ventriculum in-tegerrimum, sed multo tantum elafifice aere repletum, & bilem in cysti-deo sua eandem, qualis liquor fuit, quem ultimis mensibus chronici & le-tiferi morbi aeger vomitu inter summas praecordiorum anxietates red-diderat.

& in qualibet fere sede corporis oriri soliti. Quorum differentias quidem, quam sint mediocres, nec diuerso genere carentur, in praesenti nolumus commemorare; licet aliqua essent circa illos manenda: quippe non simplices semper & vnius generis sunt, sed compositi interdum, & alienis quoque referri, vt lapillis, crinibus, ossibus, aliisque. Ex hisdem autem occasionibus, ex quibus scirrhos fieri supra scripti, iidem ipsi fere orluntur, frequentissimeque omnium ex inquillinis, atque vitiatis corporis succis; non huncquam ex metastasi, sive febrili sive non febrili; interdumque extinea, scabie, aliisque generibus exulcerationum, quae reprimentibus prohibitae; denique ex iectu & compressione vasorum lymphaticorum; aliorumque receptacilorum, vt adipis cellularum, glandularumque sebacearum. Frustra autem se torquent, qui resolueré illos, nisi recentes fuerint, & molles, & parui, & in exterioribus sedibus, conantur. Interha remedia eo profus peruenire non possunt, quod ipsorum materia indigesta moles est, & extra vasa haeret: externa vero tantam ipsi tenuitatem conciliare non valent, vt resorberi iterum per venas bibulas queant. Immorigeri ergo manent ad quaecunque applicata. In internis sedibus haerentes nec semper quidem cognoscuntur.

## S. VII.

Aequa obscura cognitio est polyporum cordis & adnatorum vasorum maiorum. Licet equidem suae notae ipsis adsignantur, velut pulsus inaequalis ac intermittens, spiritus difficilis, anxietas & palpitatio cordis, animique deliquia; hae omnes tamen valde sunt ambiguæ & fallaces, quippe tum aliis morbis compluribus competunt, tum nec, ubi coniunctim adfuerint, polyposa concrementa certo notant. Et iam si

iam si vero certo cognosci inde possint, remedia tamen quaecunque adsperrnantur. Quod quamuis Medici haud dissimulent, officiosi tamen plerumque esse consuerunt, & interdum quoque sibi blandiuntur, se polypos resoluisse. Ego vero subuereri incipio, ne nulli polypi adfuerint, quos curasse se nonnulli credunt: quod inter alios accidisse **HOFMANNO** videtur, qui, quamuis nullis remediis obtemperare polypos tam vere, quam candide saceretur; (*Med. rat. syst. T. IV. p. m. 283. c. de palpit. cord.*) subiecta tamen quaedam se nosse (p. 296.) scribit, quae palpitatione cordis vexata, polyposa in corde concrementa souere visa sint, & ab vsu venaesectionis thermarumque Carolinarum annuo se per multos annos in vita conseruarint. At qui videntur polypos in corde souere, non ideo illos vere habent; vt meira haec coniectura, atque fallax sit, quae testimonium plenum de virtute remediorum ad dissoluendos polypos aptorum exhibere non possit. Et quamuis alii permagnam fiduciā in nitrum atque sal ammoniacum collocent, utpote a quibus polypi extra corpus facile dissoluuntur, non ideo tamen aeque facile res in corpore succedit, vbi tantae succorum vi haec salia immergeuntur, tantopereque distenduntur, vt omnem suam resoluendi virtutem pene exuant. Ut adeo, qui modeste de ipsorum actione sentiunt, haud negent, si quid boni ab his ipsis expectandum sit, neque nimis induratos, neque plane carnosos, sed recentes adhuc, & cum vena cordis eiusue arteriis magnis haud connotatos esse polypos oportere. Verum nec tum maior spes in ipsorum facultates erit collocanda: siquidem exordium polyporum admodum obscurum est, vt vel perspicacissimos medentes lateat; saepeque sat grandes per dissectionem deteguntur, quorum cognitio nulla profusa in viuis fuit. Adeo quoque opinione citius & nobis proflus non aduer-

aduertentibus increscere polypi vel vastissimi densissimique consuerunt.  
Neque tantum temporis spatium ad ipsorum incrementum requiritur,  
vt a suo exordio distingui istud possit.

## §. VIII.

Cordis tubercula, vlcera, abscessus, calculos, vermes nemo  
temere cognoscet, multoque minus sanatus est: Nihil essentialis  
symptomatis in vlo: horum affectuum sese effert; neque prius illi pa-  
tent, quam dissecto cadasere. Bono tamen omniē rarissimi pene o-  
mnium existunt. Idcirco vero, quum, quod rārum est, plerumque  
parum vel minus attendatur; non possum, quin aliquot historias, qui  
in animum eos reuocent, adponam. IO. LAMONT enarravit BONNE-  
TO, se multoties ad soemianam vocatum fuisse ob singularem cordis  
molestiam, quod fibi per triennium desicere singulis momentis, cum  
maximo pectoris dolore, conquerebatur. Aperto post mortem cadas-  
ere, scirrhosus, durissimus, ouique galinacei maioris molem exae-  
quans tumor dextro cordi affixus spectabatur, qui dissectus in sui ca-  
uitate humorem putridum, summeque foetidum continebat. (*Sepul-  
cbret. anat. p. 665.*) Idemque BONNETVS resert ex *Lud. Non-  
nii* obseruatione, quod in corde pueri triennis, qui per interualla  
moestus & gemebundus, tandem repente obiit, abscessus instar qui  
prope sinistram auriculam repertus sit. (*ib. pag. 180.*) Et GREMB-  
SIVS notauit, in soemellae corde, enormi scabie atque palpitatione  
cordis afflictæ, ac hydrope tandem lethali consumtae, vlcuscum  
fuisse repertum, ceteris visceribus integris & sanis. (*carbor. nat. &  
ruin. L. 2. c. 1. §. 8.*) Et FORESTVS memoriae prodidit, dissecto  
corde viri palpitatione cordis interemti, abscessum fuisse in ipsius  
substantia inuentum. (*Lib. 17. obf. 1.*) Quorum abscessuum plures

obseruationes SEIDELIVS insuper ex auctioribus collegit (I.e.p. 22.) Lapillus autem reperit inter hos ZACVT. LVSITANVS in corde audacissimi latronis, palpitatione cordis frequenter corripi soliti. (Prax. admir. L. II. c. 141.) Inuenti etiam aliquot fuerunt in Imperatoris Maximiliani II. corde, qui frequenter palpitatione graui, tum viueret, afficiebatur. (WIER. de praefig. daemon. L. IV. c. 16.) Puerla vndeциm annos nata vehementer de anxietate & angustia circa cordis regionem querebatur. Vbi mors eam a doloribus liberauerat, curiose in horum & mortis causam inquirens THEOD. KERKRINGIVS, in corde lapillum reperit, colore & reliquo habitu perfectissime eum, quem Bezoar dicunt, aemulantem. (obs. anat. 78.) Calculum etiam in puerla vidit GREG. HORSTIVS, quae antea frequenter haemorrhagiae obnoxia, & cachexia fere consumta, in febrem continuam biliosam incidit. Successit pervigilia, dolor capitis, intumescientia ventris, cardialgia frequens; pulsus fit intermittens, conuulsiones prehendunt, ~~ad~~ Q. E. tandem totalis adest, succedente fluxu alii symptomatico & hydrope, quo paulo post exsilieta fuit. Aperito corpore, praeter foetida ac seirrhosa viscera non pauca, circa valvulas dextri ventriculi calculus, instar minoris castaneae, membranosae valvularum substantiae adnatus conspiciebatur. (T. II. L. IV. obs. 47.) Exempla vermiculorum in corde eiusque capsula repertorum nunc etiam aliquot sequuntur. BONNETVS re seit, in Principis corde, pertinaci tremore & palpitatione afflicti, tandemque mortui, deprehensum fuisse vermem album, praeacuto rostello, eoque corneo, cordi adhaerescentem. Duasque alias historias dolore & tremore cordis diu cruciatorum hominum assert, in quorum corde venus & plures vermes delituerunt (Septilcbr. p. 651. 652.) Mirum  
conspicimus unde mirum  
insuper

insuper vermem in ventriculo cordis inuenit ZAC. LVSITANVS (Z.  
II. c. 110.) & ipsum aegrum narrat, syncope & palpitatione cordis  
per interualla immaniter excruciatum, subito tandem saeuitia mali de-  
uictum occubuisse. Et syncopen excitari a vermis cor veilicanti-  
bus, iam dudum MESVE intellexit, & mortem in de monuit inferri.  
Afferunt nonnulli, hos cordis vermes tum ex puncturis & doloribus  
cordis, tum ex lumbricis excretis vel non excretis, & ex conuulsio-  
ne cognosci: aliqui addunt pallorem & tremorem totius corporis,  
& sudoris eruptionem circa thoracem ac ceruicem, & lipothymiam.  
Verum haec cuncta pathemata, si vel coniunctim adsunt, nequaquam  
certo, imo ne probabiliter quidem istos notant. Quo magis absur-  
dum est, remedia ad enecandos eos proponi; cuiusmodi legas apud  
HARTMANNVM *Prax. chym.* c. 110. & LOWERVM *Tr. de corde* p.  
180. Ex prioribus obseruationibus de tuberculis, ulceribus, calcu-  
lisque cordis etiam intelligitur, symptomata inde excitata quam ma-  
xime esse vaga, saepe adeo prorsus nulla; neque tamen lethales  
esse affectus, licet incurabiles sint, quum plurimi his afflitti vel nullo  
prorsus morbo laborent, longeque aliis, ab his affectibus non temere  
deducendis, malis demum opprimantur. Colligitur quoque facile,  
incurabiles esse ob id ipsum quam maxime hosce affectus, quod non  
nisi extinctis hominibus demum cognoscantur. Ut vel in vnuersum  
qualemcumque alium morbum oporteat pro incurabili declarare, cu-  
jus certa & pathognomonica signa nulla sint, vt v. c. lapides in pul-  
mone, hepate, aut cerebro genitos, vermes in pulmone aut ventri-  
culo haerentes, antequam scilicet eliciantur ac in conspectum veniant.  
Neque vero superius recensita cordis mala relinquere possum, quin  
veterum falsam circa ista opinionem commemorem. Nullum graui-

rem cordi accidere morbum posse, stante vita, perperam illi existimarent, citra subitaneum quidem vitae discriminem, & animalis interitum: hincque **GALENVS** diserte adfirmauit, impossibile esse, vt abscessum cor sustineat. (*L. 1. de loc. affec.*) Cuius quidem sententiae signum attulerunt ab experientia suum, quod scilicet in nullo animali propter sacrificia interfecto, aut alias occiso dissectoque, vnquam conspecti in corde fuerint affectus morbidi, quales in aliis partibus saepe reperiantur. At grauiter tamen sic errasse antiquos, ex allatis obseruaticnibus apparet: quandoquidem nec brutis tot mala accidere, quam hominibus, consuerunt.

### §. IX.

Viscera steatomatoso quum raro admodum conspicantur, steatomata licet per se non infrequenter tam in exterioribus sedibus, quam in interioribus occurrant, operaç pretium arbitror me facturum, si exemplum hepatis steatomatosi in medium proferam. Sexagenarius vir, variis hypochondriacis pathematibus in iuuentute diuexatus, & propter corporis gracilitatem a nemine non sere pro phthisico habitus, prouectiori actate sponte ab his liberatus, nullum inde a trigesimo aetatis anno ad sexagesimum passus est grauiorem morbum, nisi quod aliquot annis ante ex contagio domestico comprehensus scabie fuisset, quam linimento sulphureo lente suffocauit. Is circa sexagesimum annum in imi ventris pathemata incidens, doloribus in primis lumborum ac frequenti desidendi cupiditate, qua vitreae interdum, quam veteres vocarunt, pituitae nonnihil extunditur, ac varicibus ani subinde dolentibus conflictatur; vnde multis haemorrhoidarius visus, cuius incolumentis vnice ab haemorrhoidalii fluxu dependeret, & quem ipse quoque haud incongruis remedii promouere, licet perperam, conabantur.

batur. Inter hos autem cruciatus corpus paullatim emarcescet & ipsa vita demum tertio abhinc anno opprimitur. Dissecto cadavere hepar praegrande, octo librarum pondere, visui se fistebat, cuius extima membrana tota in hydatidem aliquot vnciarum lymphae subflauae plena elata, ipsum viscus vero admodum molle apparebat, ac a naturali suo habitu sic recesserat, ut sebaceae albicantis vel caseosse massae esset simillimum. In pelvi autem magna vis erat pituitosi humoris albissimi & consistentia gelatinosi collecta; ceteris visceribus cunctis nulla prorsus labe infectis. Id hepatis vitium videtur a represso scabie exortum: sanguinis vero circa intestinum rectum stagnationes ab impedito eius per hepar cursu; ut nulla adeo salus expectanda fuisset a sanguinis profluvio per anni venas, etiam si id liberaliter accidisset. Sed haemorrhoidalium pathematum & ipsius fluxus frequens causa, quod obiter monemus, in obstruто iecinore haeret; multumque Medici tum errant, si in eiusmodi molestiis in uniuersum a futuro profluvio, exituque sanguinis, salutis recuperationem expectant; quum augmentum potius obstructionis in remotiori viscere, morbique grauiorem statum inde colligere deberent. Neque reticere fas est, quod pellentia hoc in casu valde sint inimica, exasperantque malum; contra vero, quae expediant obstruktiones, necessaria & aliquando profutura. Ceterum manifesto ex historia ista intelligitur, non omnem iectum proficiet ex iecinoris obstructione; siquidem is homo nunquam per omnem vitam hoc morbo laborauit.

## §. X.

Vlceræ ex intestino recto in vrinæ vesicam, aut ex hac in illud transeuntia in absconditorum non modo malorum numero, sed & incurabilium sunt reponenda. Solent ea saepe medentibus ob insolitum quod-

quoddam phaenomenon, quo se se efferunt, & ob solidae scientiae defectum, sub fascini aut daemoniaci lusus specie imponere, dum varias res deglutitas & steretus quoque cum vrina reddi vident; culusmodi exempla non pauca in *Ephem. Nat. Cur. Cent. III. obs. 8. X. 17. Dec. I. an. 14. obs. 3. Dec. II. an. I. obs. 142. an. V. append. obs. 150. A. IV. C. vol. X. obs. 38.* & apud *HILDANVM Cent. III. obs. 72. BARTHOLINV M Act. Hafn. II. obs. 125. STAHЛИV M Theor. med. p. 579.* aliosque plures occurunt. Acutissimi medentes, inter quos ipse STAHЛИV S, mirifice se subinde super viis illis torserunt, per quas ad vrinae iter tam multa aliena comesa vel deglutita, radicum ac olerum frustula, semina, pilulae, nuclei fructuum, globuli plumbei, aciculae deferantur, existimantes, naturales eas quidem, sed incognitas esse; quum potius statuere debuissent praeter naturales, ex canali alimentario ad vrinae vesicam aut ex hac in illum per vlcus factas: quod inde non solum apparer, quod vel ipsum steretus per vrinae iter effluit; lotumque foetore suo valde inquinat; sed ex sectionibus quoque cadaverum maxime manifestum est, in quorum vesica exulcerata, pureque repleta, insolita varia, in vita partim emicta, adhuc deprehensa fuerunt. (*E. N. C. Dec. I. an. VII. obs. 3. schol. & A. N. C. loc. cit.*) Miseri aegri solent in hoc statu dysuria saepe diuexari, & sub magnis cruciatibus vrinam crassam, foetidam, ex fusco nigricantem, simileque sedimentum demittentem, posteaque superne parum per clarescentem, emittere. Insanabile malum declarant ratio & infaustus experimentorum successus. Corpora enim inter hos cruciatus & ab ichore foetido humoribus admisto paullatim contabescunt, neque quidquam est, quod repurgare vlcus possit, siue in intestinum rectum, siue in vrethram immittatur.

## §. XL.

Nec coalescentiam viscerum morbosam siccō pedē praeterire possumus, quippe quae mīros partim & atroces morbos & incurabiles ingenerat. Quod quidem non de qualicunque coalitu cupimus intellectum, siquidem innocue saepe pulmones cum pleura, omentum aut intestinum cum peritonaeo a vulnere, inflammatione, vel natura concreuerunt; sed in primis de intestinorum coalitu praeternaturali tam inter se, quam cum vicinis partibus, omento, ventriculo, hepate, pancreate, liene; vbi saepe adeo videoas coniunctim haec viscera in unam informiem massam & tam firmiter concreta, ut nec cultello separare possis. Longi morbi proli dolor! & crudeles inde oriuntur, circa quos valde caecutiunt non raro medentes, ob miram symptomatum, quae se imminent, varietatem, saepeque tam in diagnosi, quam prognostique curatione falluntur; quam posteriorem tamen, si vel maxime morbum rite cognoscas, vix unquam feliciter absoluturus eras. Mereturque haec res exemplo comprobari, quo cum Iuculentius nullum visum sit, quam quod a Cl. HAENIO ad memoriam mandatum suit ♂, illud circumscripte hic repetimus: Foeminam quinquagintariam inde a 45. aetatis anno, quo menstrua cessarent, corripiebat aliquamdiu fluor albus, quem deinceps atrox morbus suscepit. Conqueritur illa de appetitu prostrato & totius abdominis dolore, talem ipsi sensum inferente, ac si vinculum esset ventri circumstrictum. Alius

♂ In singulari libello, qui inscribitur Historia anatomico-medica morbi mīri incurabili. Medicos iuxta probatas artis regulas exacte ratiocinantes pessime fallentis. Hag. Com. 1744.

uus adstricta est, & pulsus valde debilis. Lumborum ac laterum do-  
lores accidunt. Vrina parciор ac sūpe nulla exit; emicta vero sub-  
albida apparet cum tenaci atque albo sedimento. Febricula lenta  
subrepit; & posthaec largior alui fluxus lotiumque paulo copiosius  
rem sensim in melius mutare videntur. At hac tantum inducere pau-  
corum dierum! Vrina etenim ex toto fere rursus subsistit, vomitus fre-  
quentior & laboriosior ingredit, minor dolor ad lumbos, sed maior ad  
hypogastria percipitur, ingensque conspicitur protuberantia super pelvi.  
Accedit continua & sicca tussicula, nec tantillum ventriculus retinet.  
Tumor posthaec priorem locum relinquens supra umbilicum se exten-  
dit, parvus quidem initio, sensim vero magis prominens usque ad  
cartilaginem xyphoidem. Acu triquetra aperitus ille aquam rubellam  
fundit multam, unde leuari se quidem aegra sentiebat, non nihil quo-  
que potionis in stomacho retinens, & vrinam sanorum similem citra  
molestiam reddens. Paucis diebus post vero abdomen acque fere tur-  
ger, ac ante paracentesin, alius cum tenesmo est stipata, vires valde  
deiectae, vrina parciissima, crassa, subalbida, sitis ingens, vomitio-  
nes enormes prehendunt, tandemque mors vite finem inter summas  
anxietates facit. Quis queso non titubat circa mirum istum & ab-  
strusum morbum? Sententia Medicorum multoties super eo muta-  
ta quidem, nunquam tamen ipsum tetigit. Initio obstructionem vi-  
scerum abdominalium constituere illum, Haenius est hariolatus: de-  
inde ad nephriticam colicam accedere ipsi est visus: tum nata dysuriae  
suspicio: porro ieciporis affecti, itemque tumoris cystici. Ve-  
rum tota ianua, ut aiunt, ubique hic fuit aberratum, longeque aliud  
quid dissecatio ostendit: Omentum in vastam ac densissimam ac semi-  
putri-

putridam molem degeneratum, & duos digitos latos crassum sere fuisse: ventriculum, duodenum, ileum, & colon cum monstruo omento concreta: ventriculum parvum & contractum: pancreas scirrhosum: hepar admodum grande, scirrhus, durum, semiputridum, peritonaeo accretum: vesiculae selleam plenam & magnam: intestina tenuia, cum ventriculo, colo, omento in ynam sere massam concreta & ita contracta, ut tota peritonaei capacitas relinquatur vacua, quam ingens aquarum vis repleuerat: coecum porro atque colon haud parum peritonaeo accreta: intestina fusco rubra & coriacae duritiae, ut vel rudissimo contactui resisterent: viscera cuncta tenaci, lubrico aque putrido muco quasi perlita: peritonaeum denique anteriore, qua viscera spectabat, parte scirrulis rotundis obssatum. Vedit etiam eiusmodi crudelis morbus Ill. HALLERVS in foemino cadavere, ubi in ynam informem massam concreta erant peritonaeum, ventriculus, duodenum, colon, vesicula felis, hepar cum yndique efflorescerent fibris albis, in densum & molle corpus degenerantibus, quo quasi glutine cohaerebant. Adeo accuratus nexus fuit, ut colon a ventriculo separari non potuerit, & ab intestino in ventriculum via aperta pateret vicerosa. Vacuum hinc colon: ventriculus scirrhis & abscessibus inter membranas deformissimum, qua colon respiciebat. (*Progr. de morbis ventriculi in cadaveribus observatis. 1749, §. IV.*) Victus durus, abusus spirituum ardendum, metastases ex morbis, tam longis quam acutis, & glutinosum spontaneum dirissima haec mala, nisi omnia me fallunt, quam frequentissime producunt.

Oesophagum & ventriculi orificia non raro quoque eiusmodi morbi comprehendunt, quos iure suo in infanabilium numero repansas, non solum, quod omnium maxime obscura ipsorum natura est, sed causae quoque fere ignorantur, ipsique illi inter initia aliorum morborum specie illudunt, nec prius fere, quam adoleuerint & curram respuant, internoscuntur. Haec vitia hac principaliter nota se manifestant, quod descenduris cibis ac potibus obex aliquis in oesophago opponatur, qui non sine anxietate ac dolore descensum permittit, vel ex toto adeo eum impedit, ut necesse sit eosdem refundi. At elanculum vero haec mala obrepunt, sic, ut leuem tantum molestiam homines inter deglutiendum initio percipiunt, progressu temporis vero magis magisque dolentem. Alii superiorem oesophagi regionem tamquam sedem mali indicant, aliis medium, aliis inferiorem. Nonnulli cibos quidem facile deglutiunt, sed quum vix minuta aliquot temporis in ventriculo deliterunt, vomitu rursus refunduntur inter summas anxietates. Progrediente malo ab ipsis liquidis similiter afficiuntur, & quo magis est repletus stomachus, eo grauiore dolore vexantur. Alii solida commode deglutiunt, aegerrime vero potiones. Aliis contrarium plane contingit. Magnavis flatuum tantum non omnibus incommodat, frequentius tamen in ipso deglutitionis actu & ventriculo vacuo: quibus excusis miseri aliquantillum alleuantur, non emissis autem, vel aegerrime explosis, dirissimas anxietates experintur. Multa insipida lympha plerisque e gula in os adscendit & vi aliqua eructatur; progressu temporis vero materies spissior, foetidaque subinde. Nonnullis lactiflamma interualla, quod mireris, eueniunt,

vt totum fere mōrbūm sūnitū arbitrentur; sed paucorū dīerūm in-  
terposito interūllo pristinam iſ scenā ludit. Nonnullos contra nun-  
quam dimittit, Sed pērpetuo excruciat. In cunctis capit in dies au-  
gmentum, qūo corpus paullatim inter summum vitæ tādium con-  
tabescit & lethaliſame plerūmque consumit, modo citius intra ali-  
quot menses, modo tardius vno anno vel pluribus. Atqne causæ  
quidem hominem in tam miserabile malum coniicientes admodum va-  
riæ sunt, sed ita latent, vt nonnisi pēt sectionem demum detegan-  
tur, licet probabiliter interdum praenoscī queant: glandulosarū ar-  
que membraſarū partum, deglutiſionis vīs vel adſidentium vel  
eadiem componēntiū, glandulæ thyroideæ, dorsaliū, tracheæ,  
oesophagi, ventriculi, ciuitate officiorū, pācreatis item, & pul-  
monū, & pleurae, & mediastini tumores, indurationes, scirrhī,  
nec non denique oesophagi aliqua parte nimia ampliatio, altera nimia  
coartatio: quibus sit, vt oesophagi, aut ventriculi, vel amborum cauum  
vel comprimatur, vel coartetur, vel prorlus ocludatur. Quod non  
paucis exemplis per diſectiones mortuorum comprobatum dederunt  
NONNETVS ſepulchr. anat. L. III. obſ. 42. 12. 14. 15. 22. HILDANVS  
Cent. IV. obſ. 34. TULPIVS obſeru. L. I. c. 44. PLATERVS obſ. cap.  
de transitus per gulam defectu; PRINGLE Ad. Edimb. II. obſ. 24.  
ABERTNETHY ib. III. obſ. 27. de HABN Tr. de degluſition. vel de-  
glutitor. in cauum ventric. descensu impeditis p. 5. sq. TRILLERVS  
dipl. de fāme letali ex calloſa oris ventriculi angustia Vit. 1750.  
LANGGVTHIVS progr. de tābe ſicca letali ex calloſa pylori angustia.  
ib. Itiūmodi vero infamia ac subdola mala fateamur necesse est  
nullis remedīis ſuperari polle; vt fruſtra ſpem aliqui in aperientibus,  
aut ſedatives ſedēre ergo, ne dare bellicosum ſedēre ergo, ne dare  
plungere

sue simplicibus, aqua mellita, hydrogala, sero lactis; siue compo-  
sitio, salibus, saponibus, mercurialibus reputantur. Quibus remediis  
adeo tentatum malum multo acerbius saepe fuit. Quae cuncta et  
iam valent de intestinorum angustia ex eorum habitu obsfirmato; quip-  
pe quod subdolum patiter ac immedicabile malum est, neque prius  
certo quam per anatomen cognoscitur.

### §. XIII.

Vnum morbum adhuc plane incurabilem addo, Elephantiasis  
quoddam genus, quod in tractu quodam Prouinciae, Martiques,  
inde a multis iam annis endemium in modum quasi grassatur. (*Me-  
dical Observations and Inquiries by a Society of Physicians in Lon-  
don. Vol. I. n. 19. p. 201.*) Haereditarium id sere malum est, &  
quidquid adferant Medici, nullam prorsus opem praestat, adeo, ut  
quod alias in vniuersum aduersus hunc sordidum morbum laudatum  
fuit, hic plane iners, imo non saepe inimicum, deprehendatur.  
Neque natura morbum superare valet, sed ipsa tertio demum, vel  
quarto anno, vbi lenta is incrementa sumvit, succumbit.

### §. XIV.

Atque hi sunt praecipui morbi ex incurabiliis tribu, quos nec  
natura nec ars soluere apta est. Ut mirari ergo subeat, quod in de-  
sideratis reponere opus aliquod de curationibus morborum, qui ha-  
bentur pro insanabilibus, VERVLANIUS non dubitarit (*L. IV. de  
augment. scient.*). Tantam perfectionem neque ego, neque aliis

pruden-

prudentior exigit; &c. qui contrarium tuetur, illum oportet vel haud memorem esse, quod humana machina destructioni propter texturam suam necessario subiecta sit; vel mortales nos esse obliuisci. **HIPPOCRATES** ergo iam dudum recte professus est: *υγείας μὲν οὐ ποιεῖται τὸν αἰδείοντα, αδύνατον, sanitati restituere omnes agrotantes, impossibile.* Illud vero haud negauerim, non paucos morbos & olim & hodiernum fuisse pro insanabilibus per se declaratos, qui tales non erant. Ita namque idem ille princeps artis nostrae modo nominatus citra omnem experientiam, saltem hodiernam, scribit, *ex necessitate, cum adfint, mortem adserre tabem, aquam subter cutem, mulierem utero gerentem, si pulmonis inflammatio, aut febris ardens, aut morbus laterallis, aut phrenitis comprehendat.* (*E. i. de morb. p. m. 430.*) item, *non coalefcere praecepsum neruum, neque vescam, neque aliquod ex tenuibus intestinis, neque venam multum sanguinem effundentem, neque tenuem genae partem, neque praeputium:* (*ib. p. 434.*) nec non denique *mori aperte, qui vulneratum habeat cerebrum auriculam.* (*ib. p. 430.*) Neque est profecto, quod, *vbi ex commemoratis morbis nonnullos evadere videas, & rarissimum id esse, & Dei potius voluntati auxilioque immediate adscribendum, quam artis medicae beneficio, cum SEIDELIO statuas.* (*de incur. morb. p. 19.*) Iltiusmodi enim vitia nequam auxiliatrici manui semper repugnant; &c. si necesse esset, innumera curatorum exempla ex medentium monumentis adserri possent. Neque recte **SEIDELIVS** cum maioribus mammarum cancrum incurabilem pronuntiavit (*I. c. p. 25.*) Quodsi enim omni fide non carrent, quae de remedii Kortboliantis fuere in *Commenc. Nor. & Act.*

Vratis-

*Pratislav.* ad memoriam mandata, & quae consignata item de mirabili corticis Peruvianis atque Belladonnae foliorum virtute, &c, quod nobis constat, Crolliani cuiusdam medicamentis dubitare prorsus haud fas est, carcinomata recipere sanationem. Neque porro phthisis atque sphacelum in insanabilium numero reponere cum ~~SEIDELI~~ lio licet (p. 26. 27.); siquidem nec nostro aeuo coratorum exempla desint. Numne ergo, quod obiter quaerimus, ars nostra hodie perfectior? Ita sane statuendum est. Non equidem omnem phthisin sanabilem reputamus: sunt tamen species quaedam, quae, si recte cognoscuntur, omnino remediis obtemperant. In eo denique bonus ~~SEIDELI~~ aliisque plures cum ipso, reprobandi sunt, quod adfirmarunt, venenis mineralibus haustis, nominatimque aquae forti, nullo modo, nulloque medicamento posse resisti, quod ipsorum forma & vis toto genere perniciosa sit & vitae plane inimica, implorabilique dissidio illam intro admissa tamdiu oppugnant, donec mortem tandem inferant (p. 16. 17.). At permulta sane in natura rerum indagata sunt, quae in tali casu iuuent, lac, oleum, & simplicissima aqua affaciat atque liberaliter poti; viporta quae optime acrimoniā salinam temperant ac ipsius prauam actionem eneruant, modo tempestive tantum hauriantur, antequam erodantur partes.  
sup. ~~medicamentis~~ ~~sanabilibus~~  
tempore suorum iuuentur.  
§. XV.  
autem iuram habuimus  
ut  
medicamenta  
sunt de incurabilibus morbis, qui per se  
& ~~tempore~~ effent tales. Quorum eti causam reddere atque explicare possit Medicus, medicinae tamē operique eius non subiiciantur,  
nisi

nisi προγνώσεος duntaxat ratione. Nunc ad illos transeo, qui κατὰ συμβεβήκος id patiuntur, quo minus auxilium adserrari possit, h. e. qui per accidens sunt tales. Atque horum quidem innumera esse discrimina consuerunt; quibus certae tamen morborum species haud constituuntur, quum accidens non sit differentia, quae speciem aliquam efficiat. Ad certa tamen genera seu capita reduci possunt. Et ut plurimum longitudo morbi, complexus & concursus morborum, qui simul uno tempore hominem infestant, materiae item collectio in periculo loco, aut violentia eius & malignitas sanitatis recuperationi est impedimento. Alia causa magnitudinis morbi est negligenter, vitium, culpaque hominum, aut casus aliquis. Aliqua errata ad Medicum, negligenter, aut temerarie, aut maleuole rem suam facientem, aut artem non perfecte callentem, aut ex infirmitate ingenii labentem; alia ad pharmacopoeum, medicamenta non recte praeparantem, aut necessaria omittentem, aut aliena substituentem, aut inueterata nimis vel corrupta exhibentem; alia denique ad adstantes spectant. Sique hoc adnumeremus sexcenta impostorum genera, qui impune connuentibus magistratibus in vitam hominum gravantur, infinitas morborum non curatorum causas reperiemus. Numne vero etiam defectus fiduciae in medentem haberi in numero causarum potest, quae morbos per accidens incurabiles reddant? Ita quidem vulgus sentit, & HIPPOCRATI ipse haec opinio arrisit, quippe qui pronuntiare haud dubitauit, cui multi fidant, illum etiam curare multos. Quodsi vero rem exquisite consideremus, non vera haec causa est, sed tantummodo imaginaria & apparenſ. Nisi enim in medicum fiducia cadit, qui re

& opere talis est, nihil vnuquam ea iuuabit, etiam si sit maxima. Alias ab indocta medicastrorum grege multo plures sanarentur, siquidem non aliis plus, quam his, plebeii fidunt. Licet quidem fiducia animum confirmat, & spiritus exhilarat; & multae quoque efficacie est in aliis negotiis, magnam si habeas fidem ac auctoritatem apud homines: hic tamen illa nihil valet. Ut adeo haud mireris, si sub maxima fiducia prius electum Medicum, in insusto successu reprobatum videoas ac reiectum: quod minquam profecto accideret, si fiducia tum vera esset, tum stabilis atque fundata. Ille ergo non multos curat, cui multi fidunt, sed quem morborum cognitio non fallit, qui que amplissimo remediorum apparatu instructus est, ut feligere accommodatissima quaeque possit, neque negligenter officio suo fungitur. Diuinum illud HIPPOCRATIS in morbis excutere nunc non placet, cum, quomodo exponendum sit, non satis clare constat. Apparet tamen, Hippocratem pro morborum mortisque causa <sup>70</sup> Oesoy tum attulisse, quum sine manifesta ratione haec contingerent, aut praeter omnem spem ac opinionem seruarentur aegri, aut insuetis duntaxat symptomatibus excruciantur. Praestigias diabolicas eo lubentius praeterimus, quum, qui iis & ipsi Satanae immediate adscribuntur morbi, tantum non semper apparentes sint aut simulati.

## §. XVI.

Aliud morborum genus adhuc considerandum est, qui dubii dici possunt & medii quasi inter sanabiles ac insanabiles, sic, ut pro discrimine causarum, quibus efficiuntur, in alio sanationem recipiant,

plant, in alio non recipient. Et ad hanc classem haereditarii pri-  
mum nobis videntur referendi; tum multi ex chronicorum tribu:  
denique aliqui ex acutis Quod ad haereditarios pertinet, quorum  
existentia negari temere non potest; quanquam sunt, qui negent,  
sed infirmis tamen argumentis: non difficile est ad intelligendum, re-  
gi eos posse in liberis a multo leuioribus causis, quam in parentibus;  
adeoque tum haud desperandum esse de ipsorum sanatione, licet in  
his insuperabiles fuerint. Deinde quoque facile concipitur, non  
esse necesse, ut pars labefactata, quam a parentibus trahunt sibi,  
eodem modo, eodemque gradu se habeat; sed in his posse omni-  
no paullo firmorem habitum esse adeptam, adeoque nec tam facile  
affici ab eadem causa: quod non semel in haereditaria phthisi ac me-  
lancholia deprehendisse nobis videmur. Ex chronicis autem mor-  
bis praecipue ad hanc classem spectat mania, melancholia, epilepsia,  
phthisis, atrophia, paralysis, surditas, amaurosis, tympanites, ar-  
thritis, ascites, caput oblitum, & vesicae atque renum calculus.  
Horum omnium enim causae ita comparatae sunt, ut aliquae earum  
tolli se sinant siue naturae adminiculo, siue medicamentis; aliquae  
vero non sinant: ut ergo in priori casu salus expectanda sit, in altero  
vero nequaquam. Quodsi ergo epilepsia v. c. ab humore acri ven-  
triculi ac intestinorum tunicas irritante proficiscitur, mania vero &  
melancholia a suppresso sanguinis profluvio aut excandescencia graui,  
phthisis a nimia pulmonum laxitate, paralysis a febre ex metastasi,  
surditas ab accumulato induratoque cerumine, amaurosis ab infar-  
ctu sanguineo retinae, tympanites a simplici intestinalium debilitate,  
ascites ab infirmato corporis robore ex morbo, aut suppressa quadam

excretionē, caput obstipum a tumore praeternaturali intra musculum mastoideum generato, calculus renū a cruento miętu: tunc plena spes reducendae valetudinis affulget. Quodsi vero a grauioribus cauſis & non remouendis succreuerint, vt epilepsia & mania ab insigni encephali labe, paralysia a luxatione vertebrarum, surditas ab auditorii nerui destructione, tympanites a cancroſo pancreate; tunc omni ſpe curationis fruſtrabimur. Atque pro cauſarum iſto, nunc remouendarum, nunc non remouendarum, discriminē, etiam ex acutis grauioribus morbis, aliqui nunc proſfigari ſe patiuntur, nunc insupe- rables exiſtunt, vt apoplexia, ileus, pestilensque febris.

## §. XVII.

Nunc ad eam demum quaefionem deuoluimur, quid Medico ſit in incurabilibus morbis faciendum, numque teneatur iſorum cu- ram fuſcipere? Nimis durum videtur, eum, qui ſeruari non potest, non attingere, vt HIPPOCRATES & CELSVS, aliique antiqui prae- ceperunt. Nihil enim crudelius accidere aegro potest, quam vide- re desperantem & ab omni medendi conatu deſiſtentem Medicum. Si equidem morbus non absolute lethalis, incurabilis tamen fuerit; prudentis hominis eſt, denegare iſi ſuam operam, & imposſibilitatem reparandae sanitatis aperte libereque indicare. Ut vt enim ille quidem nobis tunc indignetur, aliorumque auxilia hinc inde quaerat; fruſtraneum tamen hoc cum aliorum pollicitationibus vanis ex- pertus, ſinceritatem noſtrām ac prudentiam laudabit demum & ad nos reuertetur. Vbi grauis vero metus ſine certa desperatione eſt, id a prudente Medico exigitur, vt indicet neceſſariis periclitantis,

in difficulti spem esse; ne, si vieta ars malo fuerit, vel ignorasse, vel  
fesellissè videatur. Quamquam vero de primarii morbi curatione Me-  
dicus desperet; nihil tamen eorum omittere deberet, quae requiem in-  
dere morbo possint & tristem fletum dolorem mulcere, vt patienter  
magis aeger ferat malum. Nonnunquam & melius est, experiri an-  
ceps remedium, quam nullum; & temeritas eos fore interdum iuuat,  
quos ratio non restituit. Nonnunquam & pertinacia iuuantis malum  
vincit. Quae cuncta tamen cum prudentia & moderatione Medico  
facienda sunt. Nonnullos quidem meticulositas fallit, adeo, vt con-  
sultius sibi ducant, in ancipiti casu a generosis remediis abstinere,  
ne mortem accelerasse, aut occidisse eum videantur, quem seruare  
non poterant. Meminerint vero hi, quod HIPPOCRATES recte  
monuit, timiditatem arguere artis impotentiam. Ceterum bonus Me-  
dicus tum demum partes suas optime peregisse putandus est, si nihil  
eorum ad sanandum omiserit, quae in artis potestate sunt; quatenus  
etiam damnato reo Oratori stat eloquentiae officium, si omni arte &  
fus est.



卷之三



